parum curet inimicus, non erit plus quam veniale. Si vero multum curet, erit peccatum grave. Qui fugit, ne occurrat inimico, quem a longe videt, si inimicus advertat id fieri propter se, & graviter sentiat, est mortale; si autem non advertat, vel multum curet, non erit mortale. *Laymann.*

§. VI. Adhortatio ad Infirmum, deditum adhuc lasciviis.

NN.

DIe Pflicht verbindet mich, so ich gegen euch habe, auch das Mitleiden wegen der Verdammnuß eurer unsterblichen Seel, so ihr nicht unverzüglich zur Buß greiffet, mit euch durch die Gedancken und Betrachtungen in die Höll zu steigen, in Hofnung das geile Feuer, so in eurem Hertzen angezündet, alsdann auszulöschen. Es lehret ja der heilige Glaub, und Kraft dieses seyd ihr vergwiset, so ihr anjetzo sterben solt, daß ihr den graden Weeg in den entsetzlichen feurigen Ofen fallen wurdet, welchen die Gerechtigkeit GOttes die verdammliche Vermessenheit der Sünden abzustraffen in dem untersten Ort der Welt erbauet. In diesem Höllen-Loch ist nichts anders zu finden, als alle erdenckliche Pein, Quaal, Feuer, Schwef-

Schweffel: Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure. Apoc. 21.

Auf der Welt ist kein grössere Pein zu finden, als die Pein des Feurs; der Löw so gar, wann er nur Feuer siehet, ziehet seine Klauen zuruck, und lasset den Muth sincken. Nun aber sollet ihr euch nicht einbilden, daß das höllische Feuer dem unsern gleich seye. Jener verdammte reiche Prasser, von welchem in dem heiligen Evangelio Meldung geschicht, sagt nicht nur alleinig, daß er gepeiniget werde in dem Feuer, sondern in einem solchen Feuer: Crucior in hac flamma. Dardurch er uns will zu verstehen geben, daß die höllische Flammen ein gantz andere Eigenschaft hab, als das Unsrige. Wann ein gantzer Berg sollte in dieses höllische Feuer hinab fallen, in einem Augenblick wie ein wächsene Kugel zerschmeltzen wurde: Flamma comburens montes Psal. 82.

NN.

Wann ihr auf die kürtzeste Zeit nicht erdulden könt den Finger ob einer brennenden Kertz zu halten, um GOttes Willen, wie werdet ihr durch die gantze Ewigkeit solche Pein erdulden können des höllischen Feurs: Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Wer aus euch wird mit dem

verzehrenden Feuer wohnen können? Isaiæ c. 33. v. 14. und zwar ohne Aufhören, ohne Minderung, ohne Erquickung, ohne Linderung. Ein unwidersprechliche Prob haben wir dessen in der H. Schrift an dem obangezogenen reichen Prasser. Es seynd schon mehr dann 1700. Jahr, daß dieser unglückselige Verdammte in der Höll brinnend begehrt hat einen Tropfen Wasser um seine Zung abzukühlen, ohne daß er es noch habe erhalten können. Er begehrt nicht, daß man ihne befreye von seinen Peinen, noch daß man darvon die Ewigkeit abkürtze; er begehrt nur allein, daß Lazarus das äusserste seines Fingers in das Wasser eindunckte, um darvon einen Tropfen auf sein brennende Zung fallen zu lassen. Was ist nun ein Tropfen Wassers ein so brennenden Durst zu löschen, nichts ist es, und doch wird diese kleine Erfrischung ihm so viel hundert Jahr her abgeschlagen, und wird ihm abgeschlagen werden durch die gantze Ewigkeit.

Wann GOtt zu denen verdammten Seelen sprechen sollte, alsdann werden eure Peinen ein End nehmen, wann ein kleines Vögelein, welches alle Million Jahr ein eintziges Tröpflein Wasser trincken sollte, alle Brunnen, Flüß, und Meer wird aus-

getruncken haben: O wie wurden sie sich nicht erfreuen, weilen sie doch einmahl ein Hofnung hätten, daß ihre Pein sich endigen wurde.

Bedenckt dann wohl was es für ein entsetzliches Uebel um ein schwere Sünd seye, indem sie gleichsam in dem Leib herum tragt ein Ewigkeit der Peinen und Armseligkeiten, also zwar, daß, wann ihr mit den Augen eures Gemüths bis in den finsteren und boshaften Grund der Sünd köntet hinein tringen, ihr darin ersehen wurdet den Saamen eines ewigen Feuers, eines ewigen Weinens, einer ewigen Gefangenschaft, eines ewigen Gestancks, einer ewigen Verzweiflung. Dieses alles begreift in sich ein einzige, wiewohl in ihrem Werck so kurtze Sünd, nicht anderst, als wie in einem Basiliscen-Ey das vergifte Gezücht.

Ey so werdet dann witziger, und sagt ab diesen Augenblick allen bösen Gelüsten, Gemeinschaften ꝛc. um desto mehr, da ihr eures Leben kein Augenblick versicheret seyt, folget auf das wenigste nach denen Maulwürfen, so stets mit dem Koth, und Erden zwar beschäftiget, doch ihre Augen wenigist gegen dem Himmel eröfnen, wann sie sterben wollen.

Wohlan

Wohlan dann ruffet GOtt um sein göttliche Gnad an, eripe me de luto, damit er euch aus diesem Unflath heraus reisse, und sagt: O göttlicher Sohn, der du aus Mitleiden gegen unsern Trangsalen ein Sohn des Menschen bist worden, siehe an jenes verlohrne Schaaf, welches du als ein guter Hirt mit so viel Mühe und Arbeit gesuchet: Wirst anjetzo solches lassen zu Grund gehen, und dich nicht mehr um dasselbige annehmen; Ach nein mein Heyland! lege es vielmehr auf deine Schultern, und du wirst darmit dem ganzen Himmel den Frucht deiner Mühewaltungen, und den Werth deines göttlichen Lebens aufweisen können. Wann du mich selig machest, so werden alle Heilige in dem Himmel darob frolocken, die Englische Geister dir ein Lob-Gesang anstimmen, und ich mit ihnen wird in Ewigkeit dein Barmhertzigkeit preisen. Es ist zwar wahr, daß ich dich für jenen grossen GOtt, der du bist, nicht gehalten, indeme ich so oft deinen göttlichen Willen meinen viehischen Gelüsten hab nachgesetzt; aber es reuet mich von Hertzen, ich verfluche, widerrusse, zernichte alles, was ich begangen, einzig und alleinig darum, weil du mein höchstes Gut bist, wünsche zugleich nur, daß mein

Hertz mit noch grösseren Schmertzen und Leid, als es ist, zerknirschet wäre.

Ex Scriptura & Sanctis Patribus.

Nescitis, quoniam corpora vestra sunt membra Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit. *Cor. 1. 6. 13.*

Hæc est voluntas DEI, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passionibus desiderii, sicut gentes, quæ ignorant Deum. *1. Thess. 4. v. 3.*

Qui adulter est, propter inopiam cordis perdet animam suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. *Prov. 16. v. 10.*

Timore tantum voluptuosa coercetur affectio. Disce igitur, quicunque carnalium sectaris affectum, inevitabilem mortis esse sententiam, incertam horam, eventum dubium, severitatem Judicis, perennitatem sententiæ, tartari carceres, edacitatem inextinguibilis flammæ, pavendum aspectum dæmonum, atque inconsolabilia inferni fore tormenta. *S. Laurent. Justinian. in Festo S. Luc.*

In sceleribus DEO contempto homines formidamus; homine præsente nemo scortatur; & licet majorem in modum libidine flagraret, affectus tamen violentia pudore hominum vinceretur. Cum autem DEus videat, non modo adulterantur, scortantur, sed & alia longe graviora & ausi sunt, & audent. Nonne hoc

vel

vel ſolum ſatis eſſet, quo cœlitus innumeris peteremur fulminibus? Hinc omnia orta ſunt mala; quod ſcilicet in rebus turpibus non DEum ſed homines timeamus. *S. Chryſoſt. 1. n. 1. Cor. 4.*

Qui deliciis delectatur, aſpiciat Chriſtum paſſum: Eſt enim ſummum remedium contra omne carnis incentivum, cernere Dominum ſuum, & benigniſſimum Redemptorem ſic ad columnam alligatum, ſic acriter verberatum, ſic in cruce extenſum, clavis affixum. *S. Bonavent. ſ. 11.*

HISTORIA.

EIn Hochadelicher Jüngling, deſſen Namen aus gebührendem Reſpect, und Anſehen verſchwiegen wird, ein eintziger Sohn einer Wittfrauen, lebte in ſeiner Jugend gantz tugendſam, befliſſe ſich nicht weniger auf die Frommkeit, als Wiſſenſchaft. Der Teufel aber ein Feind dieſer Engliſchen Unſchuld, eröfnete, und leitete dieſem Jüngling an einem Tag ſeine Augen auf ein Fräulein im Haus, ſelbes etwas fürwitzigers anzuſchauen, mit welcher er nach und nach in der Liebe ein Verſtändnuß zu machen anfangete. Was mehr? Die gar zu nahe Anrührung des Strohs bey dem Feuer erweckete ein ſolche Flammen, welche ausbrache in ein tödl[iche] Brunſt: Maſſen der Jüngling, welcher ann[o] die Forcht GOttes in dem Hertzen hatte, als [er] ſich ſahe, daß er in das Laſter der Hurerey ſo [un]endlich gefallen, hatte keinen Fried, bis er ſelbes ſeinem

Beicht-Vatter eröfnete, und die Sacramentalische Ledigsprechung empfienge. Der Beicht-Vatter ermahnete ihn mit liebreicher vätterlicher Correction sich zu hüten, daß er nicht mehr falle, dieses aber werde geschehen, wann er sich der Gelegenheit also balden entschlagen werde, sonst wurde er aus einem Uebel ein ärgers machen; er versprache zwar goldene Berg, aber das Halten ware Edelmännisch, dann als ihme das Angesicht dieses so üblen Gegenwurfs wieder zu Augen stossete, ist er öfter als einmahl in das alte Laster gefallen, weilen wie mehr in ihme die unreine Lieb erwachsen, um desto mehr die heilige Forcht GOttes bey ihme abgenommen hat. Ohneracht dieses hat er wieder das Hertz genommen, zu dem Beicht-Vatter zu kehren, von welchem, gleichwie er mit grösserem Nachdruck ist ermahnet worden der neuen begangenen Sünden halber, desto gröffers Versprechen hat der Bereute gethan sein Besserung in das Werck zu setzen. Als er nach Haus kehrete, ist er ein Zeit behutsam gewesen, bis er endlich von diesem Laster überwunden, seine Liebste in die Schlaf-Cammer beruffen, und sich hernach ohne Zaum der Forcht GOttes mit ihr öfter als einmahl vergriffen hat. Es wurde auch die Mutter dieser Uppigkeit gewahr durch ein gewisses Zeichen, welches diese zwey durch ihr Anreitzung zusammen gaben, aber hat doch kein Hertz ihnen solches kräftig zu untersagen. Ein grösseres Courage fassete der Beicht-Vatter, zu welchem der Jüngling durch die an ihme noch nicht gar ausgelöschte Forcht GOttes geleitet

war,

war, massen ihme der Beicht-Vatter offentlich also zusprache: Wohlan ende einmahl dein üble Practic, sonsten sagt mir mein Hertz, daß dir von dem Himmel ein schwere geschwinde Straf bereitet seye. Der Jüngling ab solchen Donner-Keilen und Betrohungen gantz erdatteret, enthielte sich ein wenige Zeit, aber hernach O Stärcke der Geilheit! übertraffe die Lieb des fleischlichen Wollusts die Forcht GOttes, und zoge ihn zu der gewohnten Unreinigkeit.

Also balden ware die göttliche Gerechtigkeit bey ihm an der Thür, klopfte an, und überfiele ihn in mitten der Geilheit durch ein unversehenes Fieber, er liesse ihme den Beicht-Vatter herbey kommen, und mit zitterender Stimm sagte er: Vatter eure Betrohung ist eine Weissagung und Prophezeihung gewesen, sehet mich nun in dem Beth angehäftet, ich förchte das End meines Lebens. Wohlan mit wahrer Resolution will ich mich zu GOTT bekehren: machte demnach gleich darauf die Beicht mit wahrer Reu und Leid, dergestalten, daß die Seufzer genugsame Zeugen derselben gewesen seyn. Aber das Uebel hat deswegen zur Besserung sich nicht gewendet, sondern gleich so heftig zugenommen, daß es zum letzten gienge. Es sturden ihme bey in diesem erschröcklichen Augenblick neben dem Beicht-Vatter etliche andere Geistliche, welche mit andächtigem Gebett seine Seel GOTT befahlen, ihm gute Gedancken eingaben, sonderbar daß er in ihme absonderliche Würckung des Glaubens, Hofnung, und der Liebe erwecken solle,

deme er in allem nachkame. Jetzt küßte er die allerheiligste Wunden Christi JESU, dann ein Crucifix-Bild in der Hand hatte, bald brache er heraus in eifrige Schuß-Gebettlein: Erbarme dich meiner O GOtt! nach deiner grundlosen Barmhertzigkeit. Mit einem Wort, er gabe so kräftige Zeichen einer Dilposition zu einem glückseligen End, daß die Geistlichen ein grossen Trost darob schöpfeten, und selbst dergleichen Tod ihnen an ihrem End wünscheten. Aber sehet Wunder! unter diesem erhebte sich unversehens in dem Sterbenden ein ungemeine Stärcke, er richtete sich auf in dem Beth, wandte sich gegen der Wand, klopfte dreymahl starck an dieselbe, hernach ohne daß er sich mehr regieren konte, wichen die Stärcke und Lebens-Geister, fiele also unter dem Klopfen über das Beth herunter, und verlohre samt dem Leben sein Seel. Die Geistliche nachdem sie dem Sterbenden die Augen zugeschlossen haben, seynd zu der betrübten Mutter, welche in einem besondern Zimmer ware, um den Tod nicht ansehen zu können, selbe zu trösten hingangen, sprechend: Frau, gute, und üble Zeitung bringen wir, ihr sollet nimmermehr trauren, daß ihr einen irrdischen Sohn verlohren habt. O was für einen glückseligen Tod hat er genommen! Wir nach so vielen in dem Closter zugebrachten Jahren wären zufrieden, wann wir ein solchen Tod haben wurden. Allein ein Ding kam uns wunderlich vor, nemlich daß er vor seinem End sich in dem Beth aufgerichtet, und dreymahl an die Maur starck an-

klopfet hat. Dieses, als die Mutter hörete, brache sie in ein grosses Achtzen, und Seufzen, die Händ zusammen schlagend, schrye auf: Mein Sohn ist verdammt, O mich Armselige! verdammt ist mein Sohn. Ach nein widersprachen die Geistliche, das kan nicht seyn, er ist mit solchen Zeichen wahrer Reu gestorben, daß man keinen unglückseligen Tod zu förchten hat; woher, oder aus wem nehmet ihr dann ab dessen Verdammnuß? Woher? Wiederholet sie, wisset ihr Heren, daß diese drey Klopfer Zeichen und Einladungen waren, mit welchem er seine in nächst gelegener Cammer gewesene Buhlschatt zur Sünd eingeladen, und beruffen; und also, wie glaublich ist, hat die böse Gewohnheit, und der böse Geist ihne in dem letzten Augenblick zur Einwilligung gereitzet, und verleitet, und überwunden. *Rosign.*

ANNOTATIO.

EX personis suspectis ad talem Infirmum nulla admittatur, & si sit concubinarius sive publicus, sive occultus, ejiciat primo concubinam, si id fieri potest, ad quod magis adhuc obligandus est publicus, quam occultus, propter commune scandalum populi. Si tamen ejici non potest, quia datur causa rationalis non ejiciendi, quæ raro contingit, vel instat mors, & deest tempus ejiciendi, absolvatur, si credatur vere pœnitens, & habet propositum ejicendi, quam primum sit possibile. Interim vero procuret Parochus, ne concubina appareat coram Infirmo; si id possibile non sit, quod vix credi potest,

cum non videatur probabile alios defuturos, qui possint inservire: permitti potest, si pœnitens sit valde aversus a præterito peccato: Quia tamen affectus hominum sunt inconstantes, & ex mortis Articulo pendet salus, omnibus viribus curandum, ne compareat, ne loquatur, ne inserviat. *Possevin. n. 94. apud Abreu.*

PARS

PARS III.

De Sacramento Pœnitentiæ.

§. I. De Confessione in genere.

DUplex est sententia apud Cornelium a Lap. in Matth. E. 7. de numero Salvandorum. Prima sententia tenet, quod plures damnandi, quam salvandi etiam ex Fidelibus. Secunda tenet, majorem partem salvari, quia major pars moritur perceptis Sacramentis, sed si perpendantur invalidæ plebis confessiones ex defectu præcipue Contritionis, Attritionis, & Propositi, prima sententia est probabilior: Quantæ curæ proin esse debet Parocho, ut Confessio Infirmi recte instituatur.

ANNOTATIO.

SI non adest urgens necessitas, accurrat Parochus vocatus cum gravitate, & decenti festinatione. Si vero sit urgens necessitas, properet subito, relinquendo quidquid agit etiam Concionem, si locus sit distans, alias eam per breve tempus differat. Si sub Concione moneatur Parochus, statim abrumpat, si sub Sacro, relinquat Missam inchoatam etiam post Consecratio-

nem

nem, ſecum vero deferat aliquam Particulam conſecratam, & Extremam Unctionem: Audita Confeſſione Euchariſtiam illi præbeat, Extremamque Unctionem adminiſtret, & ad Sacrificium revertatur. Zambr.

Si plures in loco ſint Curati, & unus deſtinatus v. g. ad ſepeliendum Parochianum, alter ad cantandum Officium, alius, ut præſit Muſicæ tanquam Chori-Regens, ex his autem unus vocetur ſtante urgente neceſſitate ad ægrotum pro excipienda ejus Confeſſione. Vocatus non ſe excuſet ſe impeditum, neque ad alium Curatum ab omni negotio liberum mittat, ut vices ſuas agat, quia per iſtam requiſitionem interponitur mora, & facile contingere poteſt, ut interim ægrotus deſtituatur loquela, ſenſibus, aut omnino moriatur, & ſic ſub conditione tantum, aut omnino abſolvi non poſſit. Relinquendo ſubordinationem in his caſibus Superiori; ſi vocetur de nocte cum magna inſtantia, induat ſe cum ſufficienti decentia, & properet. Si detur caſus, quo niſi properet ſemiveſtitus, Infirmus moriatur ſine Confeſſione, vel Baptiſmo, niſi currat, ad utrumque tenetur: Nam ſi ſalus proximi anteponenda eſt propriæ vitæ, a fortiori cuilibet incommoditati, & indecentiæ; nunquam enim magis in honore erit apud populum, quam cum ſic viſus fuerit currere non ſatis veſtitus & compoſitus.

Unde ſi in Baptiſmo miniſtrando vocetur ad Infirmum, ſi probabile eſt abſoluto Baptiſmo ſupereſſe tempus ad Infirmum, perficiat, & poſtea

poſtea properet. Si probabiliter credatur Infirmum brevi moriturum, relinquat Baptiſmum, & properet ad Infirmum; ſi baptizandus ſit etiam in periculo mortis, baptizet relictis Sacramentalibus, quæ poſtea perficiet, ſi vita ſuperſit. Si eodem puncto vocetur ad duos Infirmos, vadat prius ad illum, qui eſt in majori periculo; Si uterque ſit in eodem, eat ad prius vocantem, ſi prius vocans tantum diſtat, ut ſit probabile non inveniendum vivum, eat ad poſterius vocantem carentem tali periculo. Si uterque ſimul vocet, & æque diſtet cum æquali periculo, ita, ut tardet, inventurus ſit, alterum eorum mortuum, eat, ad quem libuerit. *Poſſev. apud Abreu. l. 9. ſect. 7. n. 36.*

Admoneat Parochus ſuos Parochianos in Concionibus & Catecheſi de ſupradictis, & quod non attenta quacunque moleſtia & incommoditate ſive de nocte, ſive de die (ſi contingat unum ex Parochianis morbo periculoſo ſubito corrumpi) ipſum aviſare & monere teneantur. Curati omnes provideant ſibi de campanulis majoribus in ædibus ſuis, quarum clangoribus e ſomno facilius de nocte excitentur, tum ipſi, tum domeſtici.

§. II. De Examine.

QUam primum ſe reſolverit Infirmus confiteri, Parochus ipſum moneat, ut latebras ſuæ conſcientiæ diligenter diſcutiat, & forſan hanc ultimam fore Confeſſionem. Pro tali diſcuſſione ſicut in pœnitente ordinario juxta Comm. A. A. ſufficit mediocris ſaltem diligentia, ita & in Infirmo a fortiori. Mediocritas autem illa

ſuffi-

sufficiens exanimis desumenda est spectatis circumstantiis personæ, moræ, temporis, a proxima occasione negotiorum, quæ tractavit, occasionum, in quibus versatus est, & peccatorum generatim conscientiam pullantium.

Si Infirmus ex aliqua ratione se examinare sufficienter non valeat, tenetur partes illius supplere Parochus blando & suavi modo, considerando, quanto solatio (multo magis Infirmo) fuerit mulieri Samaritanæ, quando licuit ipsi profiteri: *Hominem inveni, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci.* Joan. 4.

ANNOTATIO.

PArochus si sit solus & unicus, & non sit in loco præter ipsum alius Curatus, advertens vero ex aliquali causa Infirmum non habere animum ipsi confitendi, prout sæpe contingit, provideat ipsi de alio Confessario, ne sacrilege confiteatur cum æternæ salutis dispendio, & ad hoc ipsum obligat Pastoralis solicitudo.

§. III. De Contritione, ejusque Præstantia.

COntritio est dolor ac detestatio peccati commissi cum proposito non peccandi de cætero, *Trid. Sess. 14.* Dividitur in perfectam & imperfectam. Perfecta est, quæ elicitur ex motivo charitaris propter Deum summe dilectum, & hæc sola mox justificat, etsi cum voto & ordine ad Confessionem. Imperfecta est quæ ex motivo inferiore, supernaturali tamen concipitur, scilicet

tur-

turpitudinis peccati, vel amissionis præmii æterni, vel ex gehennæ & pœnarum metu. *Comm.*

Tanto apud Supremam Sacrosanctæ Triadis Majestatem in pretio & valore habetur cor veraciter pœnitens, ut vel ad unius actus contritionis perfectæ comparationem omnes flocci æstimet terræ thesauros : *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.*

Contritio est ferventissimus Charitatis & amoris actus : Faciat anima, quidquid poterit, & noverit in debitorum suorum satisfactionem, instituat, & multiplicet jejunia, extases, animarum conversiones, opera omnia misericordiæ, &c. quasi nihil despiciet in comparatione vel unius contritionis actus, sicut minimus gratiæ sanctificantis gradus abunde sufficit ad integram abolendam peccatorum infinitatem, ita & solus veræ contritionis gradus vel unicus sufficiens ad eundem præstandum effectum. *Mansi disc. 22. n. 1.*

ANNOTATIO.

COnsiderando porro merita contritionis inducendus est æger, ut talem sæpius eliciat.

§. IV. De Motivis eliciendi Contritionem.

TRes modos eliciendi contritionem proponit Weger S. J. apud Sporer n. 1. 30. 1. Ex motivo perfectionum Divinarum, aut omnium simul, aut unius in particulari, quarum quælibet est summe amabilis, ejusque amore & intuitu peccatum super omnia detestabile. 2. Ex motivo bene-

beneficiorum Divinorum ex infinito amore præstitorum, quorum intuitu merito DEus super omnia amandus, non offendendus; & de offenso super omnia dolendum. 3. Ex mōtivo Vitæ & Passionis Christi, seu omnium, quæ Christus pro nobis egit, & passus est ex purissimo & ardentissimo amore nostrum, ideoque merito reciproce super omnia amandus, non offendendus.

Practice quoad primum Motivum.

GOtt ist ein vollkommener Begrif alles guten Wesens, er besitzet alle Vollkommenheiten, alle Vortreflichkeiten auf eine unendliche Weis. Er ist das Allerhöchste und unendliche Gut. Er ist unendlich in seiner Allmacht, unendlich weis, unendlich in seiner Schönheit, unendlich gütig, und barmhertzig ꝛc.

Nun aber diesen so grossen GOtt, vor welchem die höllische Geister zitteren. Diesen so heiligen GOtt, vor deme die Seraphin, oder Liebs-Engel immerdar ruffen Heilig, Heilig, Heilig ist GOtt der Heerscharen. Diesen so allmächtigen GOtt, welcher mit einem eintzigen Wort tausend Welt erschaffen konte. Diesen so schönen GOtt, daß, wann die Teufel seiner Klarheit ansichtig wurden, sie gantz gern in denen höllischen Flammen verharren, und

ver-

verbleiben wurden, wann es GOtt also belieben solte. Dieses so unermessene Gut legt der Sünder auf ein Waag-Schaalen, auf die andere aber ein schlechte geringe Sach. Ose. 11. 7. Und fällt den ungerechtisten Sententz, daß es besser sey GOtt den Rucken kehren, und also auf einmahl alle unendliche Vollkommenheiten des höchsten Guts zu verachten, und hingegen sich an die liederliche, schlechte Geschöpf, ja Dockenwerck zu hencken. Wer soll ab einer solchen Thorheit nicht erstaunen.

Quoad secundum Motivum.

WAs wären wir von Ewigkeit her? Nichts. Und wurden in Ewigkeit Nichts geblieben seyn, wann nicht GOtt der erste Ursprung aller Dingen unser sich erbarmet, und durch sein Allmacht aus dem Abgrund des Nichts gezogen hätte; ja wir wurden alle Augenblick wieder in Nichts versuncken seyn, wann nicht sein allmächtige Hand uns im Weesen erhalten hätte. Ach wie groß, wie unbegreiflich, unaussprechliche und unendliche Gutthaten, und Gaben haben wir empfangen, theils der Natur, theils der Gnad! Und wann nichts anders

Stadtbibliothek Augsburg

wäre, als daß er sich uns auf dieser Welt zum Pfand in dem Hochheiligsten Sacramente des Altars giebet, und von uns Menschen so schandliche Ungebühren, und Beleidigungen übertragt, und zwar mit einer solchen Gedult, dergleichen nirgends, als in GOtt zu finden. Es sagte Joseph: Wie kan ichs über mein Hertz bringen, daß ich meinen GOTT verletzen und beleidigen sollte? Gen. 39. v. 3. Nichts destoweniger aber, O Sünder! hast du es thun können, indeme du ihn beleidigen dürfen um ein geringe und schlechte Sach, um einen irrdischen Gewinn, der doch auf Erden nach deiner zuruck bleiben muß, um ein schandlichen Wollust, um einer angegrifner Ehr halber, mit einem Wort, du hast das Gute mit dem Bösen vergolten. Jer. 18. 20. Kein dergleichen Undanckbarkeit giebt es so gar unter denen Teuflen nicht in der Höll als unter denen Sündern. So schlage dann O Sünder reumüthigst mit dem ofnen Sünder an dein unmenschliches Hertz, damit es menschlich, und durch unaufhörliche Gutthaten zur Gegen-Lieb erweichet werde.

Quoad tertium Motivum.

BEdencket wohl bey euch die allervollkommniste und reiniste Liebe GOttes

ge-

gegen euch. Ist nicht Christus JEsus wegen euch von dem hohen Himmel gestiegen, die Gestalt eines armseligen Knechts an sich genommen, in einem Stall gebohren worden, in Armuth, Verachtung, Hunger, Durst, Verfolgung, und Schmertzen das Leben zugebracht? An dem Oelberg hat er Blut für euch geschwitzet, der bitteriste Kelch seines Leidens und Tods tribe ihm den traurigen Todten-Schweiß aus: Aber wer hat ihm eingeschenckt, als ich, ihr, und andere Sünder? Vor die er, damit sie lebten, sterben müssen.

Was unaussprechliche Schmertzen haben nicht verursachet, die über die fünf tausend tödliche Geisel- und Ruthenschläg dem allerliebsten Heyland, so er von denen allerstärckisten, und wohl angefüllten gottlosen Henckers-Buben empfangen, welche mit beyden Händen nach aller ihrer Macht und Stärcke auf ihn, als wie die Schmid auf den Amboß geschlagen, und wegen noch gröfferer Pein einander abgewechslet, also daß allzeit paar und paar mit eisenen Scorpionen, Ruthen, und grausamen Geißlen, so mit eisenen Hacken, und Spörlein eingeflochten, auf den geduldigisten JEsum schluzgen, und zwar also erschröcklich, daß sie

ihm gantze Brocken Fleisch aus seinem H. Leib heraus rissen, also erbärmlich, daß man ihme bis auf die blosse Beiner hinein gesehen, also grausam, daß sein gantzer heiliger Rucken und Schultern nichts anders waren, als ein eintzige grosse abscheuliche Wunden, des geschlagnen, und bis auf Bein und Nieren hinein verwundten, und zerfleischten JEsu. Ach was Schmertzen verursachten nicht seinem heiligsten Haupt die zwey und siebentzig spitzige Distel und Dorn, in deme etliche weit grösser, und schärfer waren, als die spitzige Nadlen, welche durch sein heiliges Hirn und Schläf mit so grausamen Schmertzen durchdrungen, daß er natürlicher Weis sterben müssen, wann er nicht sein Leben wunderbarlicher Weis selbsten aufgehalten hätte, damit er für uns arme Sünder noch mehr leiden könte. Nach diesem allem, haben sie ihme erst auf seine verwundte Schultern den schweren Last des heiligen Creutz aufgeladen, und zwar mit solchem Schmertzen, daß er alsbald darmit vor Schwachheit auf die Erden gefallen. Endlich ihn gar an das Creutz ausgespannet, damit sie ihn creutzigten. Seine heiligiste Händ mit grossen Näglen durchbohret, und an das

Creutz

Creutz genaglet, und ist also an dem Creutz mit Freuden unter unsäglichen Schmertzen gestorben, damit ihr von dem ewigen Tod erlediget, in ewiger Glückseligkeit lebet, und also aus reinister Liebe euer Schuld mit seinem Blut und Tod bezahlt. NN. Ihr müsset ja eines wilden Hertzen seyn, wann ihr nicht zu einer Gegenlieb Christi JEsu könnet vermöget werden, und die Sünden, so ihr begangen, nicht verdammet, und bitterlich beweinet. Dann der heilige Glaub uns lehret, daß die Sünd die Ursach gegeben zu dem bitteristen Tod: Und ein jeder, der ein Sünd begehet, schuldig daran ist.

§. V. De variis Contritionis Actibus.

O Ihr von göttlicher Liebe angeflammete Cherubin, und Seraphin. O heilige Engel, die ihr mit bedeckten Angesicht vor den Füssen liegend des allmächtigen GOttes zitteret, und unaufhörlich schreyet: Heilig, Heilig, Heilig ist unser GOtt. Ach was habt ihr doch gedencket, da ihr gesehen, daß ich Staub und Aschen mich unterstanden hab euren, und meinen GOTT, das allerhöchste Gut zu beleidigen, jenen GOtt, der Ewig, Allwissend, Allmächtig, und alles Liebens werth also spöttlich zu

verachten? O Unsinnigkeit! Ach wo nimm ich Zäher genug solche verdammte Vermessenheit zu beweinen. Ich hab gesündiget, ich hab gesündiget: Allein es reuet mich aus dem innersten meines Hertzens aus Liebe gegen dir, und bekenne vor deinem allerheiligsten Angesicht, wann du mir mein Leben solltest fristen, dich hinfüro keineswegs mehr zu beleidigen.

Ein andere.

O Grosser GOTT! es ist mir hertzlich Leid aus Liebe gegen dir, daß ich dich unendliche göttliche Majestät, das allerhöchste Gut so oft und viel beleidiget hab, daß ich dir so viel Schmach, und Unbild durch meine Sünd angethan hab; ich widerruffe solche und verfluche sie. Ach könte ich machen, daß es nicht geschehen wäre; weil aber dieses nicht möglich, so nimme ich mir für, dich hinfüran nimmermehr, nimmermehr zu beleidigen, Amen.

Ein andere.

GOtt aus dieser Ursach reuet es mich von gantzem Hertzen, daß ich dich, O höchstes Gut! jemahl mit einer Sünd beleidiget hab. Ich verwirfe, und verfluche alle Missethaten, so ich wider dich, O GOtt! begangen. Es reuet mich, daß ich dich meinen

nen freygebigsten Belohner, und Erlöser so oft beleidiget, und also den Zuspruch zur himmlischen Glori verlohren: es reuet mich, daß ich dich den gerechtisten Richter so schwerlich verletzet, und also die ewige Peinen verdienet. Aber noch vielmehr, ja einzig und allein reuet es mich meiner Sünden, weil du bist das höchste unendlich-liebwürdigste Gut, und weil ich dich wegen deiner selbst über alles liebe. Eben darum mache ich einen kräftigen Vorsatz, mit deiner Gnad alle Sünd und Gelegenheit der Sünd allezeit über alles zu hassen, und zu meiden; Lieber will ich tausendmahl sterben, als dich O höchstes Gut! einmahl mehr beleidigen.

Actus Contritionis.

DEUS meus & Dominus meus, cum sis Summum, Infinitum, & perfectissimum Bonum, amo te super omnia, & ideo me pœnitet, & ex toto corde doleo, quod te toties offenderim peccatis meis. Abominor ea omnia, & detestor super omnia, maxima cum displicentia, & rogo humiliter veniam cum firmo proposito, tua sancta gratia auxiliante, te imposterum non amplius offendendi.

Alius.

EX hoc eodem tui amore, O DEUS! detestor omnia peccata, quia tibi summe Bono displicent: Doleo de omnibus, non tantum, quia demeritus sum præmia, & gratias tuas, ac econtra a Divina Justitia promeritus sum pœnas; sed maxime ideo, quia displicui, & malum feci tibi, quia, licet nec Cœlum esset, nec infernus, nec præmium vel pœna, attamen propter infinitam bonitatem & perfectionem tuam eras, & es dignissimus non offendi, sed semper amari, coli, honorari: Propono per gratiam tuam imposterum non facere amplius.

ANNOTATIO.

EXperientia didici, eo tempore, quo Infirmus Contritionem elicere deberet, eum a tali elicienda non raro per domesticos impediri cum eo confabulando, tractando de hæredum institutione, &c. Modo aliter componendo lectum ipsius, astutia plane non alia nisi diabolica.

Confessarius ad interim superveniens Infirmum suæ obligationi satisfeciisse ratus confessionem ejus ob Contritionis defectum invalidam excipit, & absolvit.

Pastoris sacri proin est tollere impedimenta salutis adhortando conjunctos, domesticos privatim & publice in Concionibus & Catecheli, ne in re adeo necessaria ad salutem Infirmis sint im-

impedimento. Pro majori vero ſecuritate conabitur ipſemet Parochus elicere contritionem cum ægro ante peccatorum enarrationem, non quod ſentiam, quod dolor requiſitus (ſive ſit attritio, ſive ſit contritio) debeat neceſſario præmitti narrationi Sacramentali peccatorum, ut plures tenent apud *Gormaz*, ſed quia facile ſolet oblivíſci Confeſſarius contritionis eliciendæ cum ægro poſt narrationem peccatorum, inſuper quia dolor conſueto, & utiliſſime præmittitur confeſſioni. *Sporer* 286.

§. VI. De Propoſito.

VErus dolor de peccatis includere debet propoſitum de cætero non peccandi: Ad hoc autem duæ requiruntur conditiones. 1. Enim debet propoſitum eſſe efficax. 2. Debet ſe extendere ad omnia peccata mortalia, (ſaltem in confuſo) & ad omnes occaſiones propinquas peccandi mortaliter.

Efficacia propoſiti in hoc conſiſtit, ut quis habeat talem voluntatem non peccandi amplius, quæ voluntatem huic contrariam, hoc eſt, iterum peccandi penitus excludat.

Fieri autem poteſt, & ſæpe ſolet, ut hæc voluntas non peccandi de cætero, quæ fuit efficax ante Confeſſionem, & aliquamdiu poſt eam duravit, paulatim deinde tepeſcat, minuatur, atque omnino exſpiret, & ſic homo iterum peccare incipiat.

Ideo non eſt certum argumentum frequens relapſus in antiqua peccata propoſiti inefficacis,

Sed nemo hac in re ſibi plus æquo blanditur.

Porro ſigna ſufficientia ſinceri doloris ſunt; 1. Si pœnitens dicat, ſe ſtatim poſt peccatum aut in Concione eſſe tactum dolore, & ſtatuiſſe confiteri. 2. Si agnoſcat, & dicat ſe eſſe magnum peccatorem. 3. Si ſe accuſet de peccatis ante hac voluntarie omiſſis. 4. Si confiteatur ſolicite etiam numerum, & minutas circumſtantias conans facere, ut omnia bene intelligantur. 5. Si deſiderat magnam pœnitentiam, aut illam alacriter ſuſcipiat: Si ſua ſponte proponat vitare occaſiones. 6. Si injurias aliis ultro condonet. 7. Si deſideret, ut complices peccati etiam convertantur. 8. Si optet pati ad ſatisfaciendum DEO offenſo. 9. Si pœnitens a confeſſione facta rarius vel difficilius peccaverit. 10. Si ſæpius ſibi vim fecerit contra tentationem. 11. Si occaſiones aliquas relapſus vitaverit. 12. Si adhibuerit media præſcripta contra relapſum. 13. Si ex profeſſo Confeſſarium acceſſerit, quem putabat ſuggeſturum efficaciora remedia. 14. Si offerat ſe ad priora ſerio & ſtudioſius adhibenda. *La Croix n. 1821.*

Confeſſarius poteſt abſolvere conſuetudinarium prima vice, qua ſe accuſat de peccatis ſuæ conſuetudinis, licet nulla adhuc emendatio præceſſerit, dummodo eam ſerio proponat, præſipue ſi ultro, nemine cogente ad Confeſſionem venerit.

Quando recidivi peccati fiunt ex ſola fragilitate intrinſeca, uti fit in blasphemiis, odiis, delecta-

lectationibus morosis, mollitie, ordinarie posse absolvi, toties, quoties Confessarius prudenter judicat eum serio dolere, & proponere, ac imposterum emendare, tenent. *Layman*, *Sporer n. 230. & alii.*

Expedit tamen recidivis istis quandoque absolutionem differre, nominato aliquo temporis spatio; intra quod pœnitens conatum adhibeat ad criminis emendationem, postea rediturus, & absolutionem accepturus; nam nullus experitis Medicis est, qui non, priusquam de febri non amplius reditura ferat sententiam, tempus exspectat.

Econtra si recidivi fiant ex occasione proxima extrinseca, Confessarius, a pœnitente exigat expressum & absolutum propositum eandem occasionem, quam primum poterit, relinquendi: Est autem occasio proxima illa, in qua creditur, vel certe rationabiliter credi deberet, perpensis omnibus circumstantiis, pœnitentem raro, vel nunquam mansurum sine peccato: Sin minus, absolvere non poterit. Excipe juxta Laymann, nisi propinquum periculum sine gravi incommodo corporis, famæ, necessariæ sustentationis, aut fortunarum tolli non possit: Interim paratis adhibere peccatorum remedia, præsertim, quæ a Confessario præscribuntur.

Sicut ad Confessionem peccatorum etiam venialium requiritur contritio, vel attritio, ita ad eandem necessarium est propositum vitandi peccata venialia saltem virtute in illa ipsa detestatione seu dolore necessario inclusum.

Scien-

Sciendum tamen, propoſitum vitandi venialia non nihili diverſum eſſe a propoſito vitandi peccata mortalia, non enim tenetur pœnitens vitare omnia peccata venialia ſicut mortalia, quare ſi vel unum peccatum veniale efficaciter emendare ſtatuit, pœnitentiæ Sacramento jam ſatisfecit. Comm. de Lugo apud La Croix *n. 910.* docet ſufficere, ſi doleat de tanto numero, ac proinde proponat illam frequentiam emendare: Suarez dicit ſufficere, ſi proponat facere, quod in ſe eſt, ſive quantum patitur humana fragilitas, velitque adhibere diligentiam, quantum fieri poteſt in illis emendandis.

Terret te forſan hæc adeo ſevera doloris ac propoſiti ad quamlibet Confeſſionem requiſiti obligatio, præſertim ſi ſemper redis *Joannes in eodem:* Cape Conſilium, ſi quando ordinario peccata confiteri vis, elice primo dolorem de omnibus peccatis in genere, deinde felige tibi ex omnibus unum vel alterum, a quo peculiarem diſplicentiam, ac horrorem ſentis, deque eo ſpecialius dole, atque id majore poſthac cura vitare ſtude; ſi vero nullum tale peccatum ab ultima Confeſſione commiſſum occurrat, ſume unum vel alterum ex peccatis aliis, quæ jam alias confeſſus es, eaque peccatis tuis ordinariis adjunge, ac iterum novo dolore, ac propoſito confitere.

Cæterum abſolvendum eſſe, qui ſæpius, imo ſemper redire conſuevit cum iisdem peccatis venialibus, quia cum occaſiones venialiter delinquendi ſint prope innumeræ, & frequentiſſimæ, & hoc ipſo nec poſſumus, nec teneamur ſub

tan-

tanta obligatione vitare occasiones peccandi venialiter, qua tenemur vitare occasiones peccandi mortaliter; hinc profecto ex eo, quod sæpius & quasi continuo pœnitens reincidat in eadem, regulariter loquendo argui non debet, quod hactenus invalide confessus fuerit, nec habuerit serium emendandi propositum.

Dixi regulariter loquendo, nam, O quantum timendum, ait Sporer *n. 339.* ne Confessiones venialium sint sæpissime tantum simplices, languidæ, & claudicantes velleitates, sicque ipsum Sacramentum & Absolutio de valore periciliteur.

ANNOTATIO.

INdubitatum, quod Pœnitens non afferens sufficientem materiam pro Absolutione absolvi non possit; ideo tenetur Confessarius ab illo extorquere unum vel alterum peccatum, quæ confessus est in postrema, aut prioribus confessionibus; v. g. sciscitando, an nunquam in pueritia mentitus, convitiis alios affecerit, parentibus non fuerit causa iræ. Deinde pœnitenti dicat, nonne iterum te accusas de hoc, vel istis peccatis? etenim præcise dicere Confessario: sum in ultima homologesi confessus hoc vel illud crimen, non est ullo modo facere Confessionem Sacramentalem, nisi subdat, se rursum talia confiteri, de novo se accusare, Contritionemque, vel Attritionem desuper eliciat. *Gobat. n. 431.*

§. VII.

§. VII. De Confessione integre facienda ab Infirmo.

NAvarchi est exorta periculosa tempestate curare, ut statim navis exoneretur; idipsum præstare debet Parochus, conando, ac curando ut navis ægri, id est, conscientia ejus per integram, ac validam Confessionem exoneretur, remonstrando illi hanc necessitatem ex Trident. Sess. 14. c. 5. juxta quod Confessio peccatorum debet per se & ordinarie semper esse integra materialiter, id est, pœnitens post diligens examen conscientiæ suæ, debet confiteri omnia mortalia memoriæ occurentia, nondum confessa, eorumque numerum, & circumstantias speciem mutantes. Numerus dicatur certus, si is constet; si non, dicatur probabilis, addendo plus, minus. Quod si nec iste haberi possit, dicatur consuetudo, tempus & frequentia de die, septimana, mense, vel anno. Sic Meretrix v. g. sufficienter se accusat, dicendo se per annum omnibus, tam conjugatis, quam solutis, tam Clericis, quam Laicis, fuisse expostam. Quamvis quidam satis bene hoc limitent, dicentes, addi debere numerum actuum externorum in iis speciebus peccatorum, qui non ita frequenter occurrunt; ut quoties cum Religiosis, Consanguineis &c. peccaverit. Idem dic de fure habituali, de eo, qui passim concupiscit fœminas sibi obvias, de habente domi concubinam, de illoti oris hominibus, qui consueverunt tota die colloqui de rebus turpissimis citra ullum delectum circa

ma-

materiam, vel ſocios, de conſuetudinariis blasphemandi &c. *Tambur. Reiffenſt. Sporer.*

Circa numerum actuum internorum, quales ſunt odii, turpium cogitationum &c. non eſſe habituales peccatores cogendos ad explicandam frequentiam & numerum per hebdomades, aut dies: ſicut cogi debent circa frequentiam ipſorum actuum externorum v. g. fornicationum, ut ſcilicet dicant, ſi recordentur, quoties plus minus peccaverint per dies & hebdomades &c. tenet Tambur. *in opuſc. de exped. l. 2. c. 1. ſ. 7. Confeſſ. Segneri in inſtr. Confeſſ. c. 2.* Ratio eſt, quia in his actibus internis videtur impoſſibile eos ad aliquem numerum ſine magni erroris periculo ſive per exceſſum, ſive per defectum reducere.

Confitens peccatum non tenetur exprimere actus omnes, qui illud comitantur, ut qui confitetur actum fornicationis, non eſt opus confiteri amplexus, & tactus ſimiles, qui actum moraliter comitantur; & qui occidit, non eſt opus confiteri, quod gladium præparaverit, vel inquiſierit inimicum, ſatis eſt actum præcipuum confiteri, niſi aliquis actus inſolitus ſit annexus. *Toletus l. 3. c. 7. cum Comm.*

Peccata externa numero diſtinguuntur, quando ejusdem peccati plures actus diverſis vicibus committuntur, id eſt quando inter actum & actum tantum interveniat temporis, ut unus actus non cenſeatur fieri dependenter ab altero: Sic v. g. ſunt duæ numero detractiones, ſi poſterior detractio non habeatur ex vi prioris, fiatque independenter ab illa: At, ſi inter actum &

actum

actum tam breve tempus interjiciatur, ut prudenti judicio unus actus censeatur haberi ex vi prioris, adeoque uno eodemque veluti impetu & calore ejusdem peccati actus læpius repetatur, in genere moris, seu in ordine ad confessionem non erit, nisi unum peccatum. v. g. qui uno eodemque impetu blasphemat, jurat, detrahit, percutit, licet post parvam interruptionem, & blasphemiam, percussionem, detractionem &c. in eodem impetu, bis, ter, aut pluries repetat, unum moraliter peccatum committit, adeoque sufficiet dicere in Confessione semel blasphemavi, semel alterum graviter percussi.

Nec dicas; Ergo etiam erit unum continuum morale, & consequenter unum numero peccatum, si quis eodem æstu libidinoso adhuc perdurante committat tres pollutiones, vel eadem nocte cum una tres fornicationes, aut plures perdurante eadem ira, & furore successive occidit.

Disparitas est, quia ex communi Prudentum æstimatione illæ completæ pollutiones, fornicationes, & occisiones ita sunt in se ipsis actus perfecte completi, ut unus cum altero nequeat constituere unum morale, ac continuum, nec censentur in genere moris dependere ab invicem. *Comm. &c.*

Peccata interna numero distinguuntur, quando per contrariam voluntatem, & propositum abstines ab actu interno & postea libere ad eundem actum reverteris: Quia per deliberatam & voluntariam cessationem ab actu interno hi actus non solum physice, sed etiam in genere moris evadunt

dunt distincti: Numerum autem oportere explicari, quando innotescit, est Doctrina Concil. Trid. & docet ipsa Fidelium praxis. Sed quia & hoc plerumque est moraliter impossibile, ideo ordinarie sufficiet exprimere moram temporis v. g. integro mense perstiti in proposito & voluntate fornicandi, occidendi, furandi, non restituendi, quod sæpius revocavi antequam consummarem. *Laymann, Sporer, n. 430.*

Si involuntarie v. g. per somnum, aliamve naturalem distractionem eundem actum sæpius interrupisti, satis est, si dicas tempus, exprimasque raritatem aut frequentiam eorum actuum, v. g. per unum diem frequenter, aut rarius concupivi puellam. Cum inimici memoria occurrit, actus odii exercui ferme in singulos dies, vel singulas hebdomadas; quia hæ involuntariæ interruptiones in ordine ad confessionem non faciunt plura; sed unum numero peccatum.

Recte tamen additur frequentia & raritas actuum; quia ob numerum horum actuum multum vel parum a parte rei, aut physice excrescentem notabiliter mutatur judicium Confessarii. *De Lugo apud Sporer & Biesmann.*

Contraria tamen opinio asserens per quamlibet interruptionem multiplicari numero prædictos actus, unde & debere, sic memoria teneatur, aperiri, est probabilior, *Tambur. l. 2. c. 1. §. 5. n. 32. in opusc. de exped. Confess.*

§. VIII. Quibus casibus Confessio Infirmorum non integra sit valida.

COnfessio, qua aliqua peccata propter causam impotentiæ physicæ vel moralis Infirmorum (dicta alias formaliter integra) casibus particularibus infra explanandis omittuntur, sufficit ad legitimam absolutionem, ipsiusque Sacramenti pœnitentiæ validam, fructuosam, ac licitam susceptionem: Qua nimirum quis directe absolvitur a peccatis confessis; & indirecte ab omissis, cum onere tamen & obligatione eadem omissa, cum facultas aderit, subjiciendi clavibus.

CASUS I.

QUid agendum Parocho loci, qui vocatus pro danda absolutione post conflictum in pago, ad milites, quibus permixti sunt Acatholici, quorum alii periculose, alii leviter sauciati. Resp. breviter hæreticos ad relinquendam sectam, & generaliter omnes succinctis, efficacibus tamen verbis ad dolorem & propositum excitandos subjungendo, ut, si possibile, hunc dolorem percussione pectoris vel gemitus, aliove signo sensibili manifestent: Exinde antequam singulos in particulari pro exigentia necessitatis accedat, generatim supra vulneratos præsentes sequentem Formulam Absolutionis pronuntiet: *Ego ex vobis omnibus hos, qui capaces sunt, absolvo ab omnibus censuris & peccatis in Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Reiffenstuhl tr. 14. q. 2. n. 39.*

II. Si qui Infirmi in eodem lecto decumbentes, ob gravem Infirmitatem sic ab invicem separari non possint, ut alter alterius confessionem necessario sit auditurus, uterque; in hoc casu satisfaciet, si omissis mortalibus, quæ; præsente socio secum Infirmo, sine gravi sua diffamatione confiteri nequit, unum alterumve veniale confiteatur. *De Lugo Disp. 26.*

III. In mortali periculo nè Infirmus, si narrat plura peccata, vel moriatur ante absolutionem, vel nimium debilitetur, vel mortem acceleret, satis est unum peccatum dicere, *Ita Comm.* Illud unicum tamen peccatum debet esse mortale, si tali aliquo gravaretur Infirmus, *de Lugo disp. 5. art. 2. & 4.* Cæterum inter plura mortalia non est necesse exprimere gravissimum, sed sufficit exprimere quodcunque. Caveat tamen pœnitens plura peccata reticere, quam postulet justa causa, aut periculum imminens, quia confessio integre facienda est, quantum moraliter fieri potest. *Bonac. n. 1. fol. 212. n. 20.*

IV. Parochus vocatus ad Infirmum pro excipienda ejus confessione; simulque secum deferens SS. Viaticum deprehendens autem plures confessiones invalidas in pœnitente potest dimidiare confessionem ad vitandam notam infamiæ supposito; quod talis adsit; & absolvere Infirmum, percepta vero Eucharistia denuo eum accedere, ut confessionem inceptam persolvat. *Comm. AA.*

Ad vitanda tam gravia inconvenientia Parochus vocatus ad Infirmum pro excipienda ejus

confessione non deferat secum statim SS. Viaticum, nisi necessitas, vel loci distantia, vel ratio aliter postularit.

V. Jacet in platea moribundus, qui vulnus lethale accepit, Parochum inclamat: verum si confitenti aures accommodaverit, medicina jam necessaria adhiberi non poterit; si vero adhibeatur, confiteri postea non poterit. In tali casu Parochus peccatum unum atque alterum secreto audiat, eumque statim absolvat; ubi vero Medici, Chyrurgi medicamenta sua adhibuerint, integram vulnerati confessionem (si superstes erit) iterum audiat, iterumque absolvat; si vero Medici tantisper desistere nolint; aut abesse non possint a vulnerato, tunc satis erit Infirmo dicere, se peccatorem esse, *Diana p. 5. tr. 3. Resol. 56. apud Servit.*

Notet tamen Parochus vulneratum istum debere ex animo odium deponere, eo non deposito non posse absolvi, insuper teneri exhibere significationes communes amoris, non autem speciales; non tamen tenetur remittere jus, quod habet, agendi coram Judice, ut satisfiat injuriæ, & damno illato. Quamvis optimum consilium sit omnia remittere propter Deum, non tamen ei consulat, ut remittat damnum illatum, si uxor aut filii ex ejus morte injuste data illud patiantur, ad quod occisor tenetur, *Possevin, apud Abreu l. 11. c. 5. n. 2.*

Obligatur autem injustus occisor imprimis ante Judicis sententiam ad damna secuta mortem antecedentia. Damnum temporale homicidii antecedens mortem dicitur omne illud, quod occa-

sione

sione homicidii infertur ipsi homini occiso in bonis suis : Ut sunt omnes expensæ rationabiliter factæ in Medicos & Medicinas ad hominis non statim mortui, sed forte diu languentis curationem.

Item jactura lucrorum, quæ eo tempore facere potuisset, sive dein mors sequatur, sive non, aliaque damna realia, simul per accidens illata in bonis fortunæ, famæ, vel honoris. *Comm. apud Sporer. tr. 5. l. 3. §. 3.*

Hæc omnia damna antecedentia restituenda sunt aut ipsi homini læso, morituro, aut eo mortuo cuivis ejus hæredi, sive necessario, sive non necessario, vel extraneo, sive ab intestato, sive ex testamento. Et si nulli adsint hæredes, debet homicida pro istis damnis restituere pauperibus, vel ad pias causas. Idem dic de mutilatione, vulneratione, vel quavis damnificatione corporali. Tenetur insuper occisor ad compensanda damna mortem subsequentia; sunt autem, quæ ratione mortis occisi inferuntur aliis Personis eidem conjunctis, utpote uxori, filiis, parentibus, quibus occisus alimenta præstabat. Et his solum compensanda esse damna tenent *Lessius*, *Bussenbaum*, *Sporer*. Eo quod reliqui censeantur esse velut extranei remote se habentes, & per accidens patiantur illa damna. *Lopez*, *Sanchez apud La Croix n. 310.* dicunt compensanda esse etiam Fratribus & Sororibus; saltem tunc, si occisus eos per sententiam Judicis alere tenebatur. *Molina*, *Haunold*, *Sporer*, quod maxime dicendum de creditoribus. Verum notat Laymann id in praxi non observari, unde contrarium docent plures.

Sporer *l. cit.* tenet, quod si occisus fuerit Nobilis, vel opulentus sine arte, vel industria vivebat de bonis propriis ab hæredibus post mortem relictis, vel quia senex, decrepitus, infirmus, nihil arte, vel industria, vel opera sua suis comparare potuit, quin potius aliorum opera indiguit, aut nihil in hoc casu, aut tanto minus restituendum esse, pro vita, præciso membro, cicatrice, dolore ex vulnere ad nihil teneri secundum rigorem ante sententiam Judicis probabile est. De consilio tamen est, ut Confessarius in foro conscientiæ imponat homicidæ opera spiritualia, preces, & eleemosynas animæ occisi applicanda. *Busſenbaum*, *Sporer*, *La Croix*.

VI. Quando ex Confessionis integritate Confessario grave damnum eveniret v. g. tempore pestis, vel morbi contagiosi, quando nimirum excipiendo totam confessionem, incurreret periculum vitæ, potest auditis non omnibus peccatis confitentem absolvere. Imo quando prævidet ex morbo a se contrahendo vel morte subeunda alios destitutum iri beneficio absolutionis & reliquorum Sacramentorum, tenetur dicto modo confessum absolvere. *Coninch. disp. 7. dub. 9. n. 75. apud Babenstuber.*

VII. Parturientis moribundæ, quæ deseri non potest ab obstetrice, aut aliis fæminis, peccata audiat Parochus, quæ poterit faciendo aliquas interrogationes ad aurem, & ad eandem recipiat responsum, vel per nutus & absolvat admonendo, ut, si periculum evadat, confessionem perficiat, & adstantes teneri se ad Sigillum de auditis, si

forsan

forsan quid percepissent. *Possevinus apud D. Abreu.*

VIII. Moribundum, qui loqui non potest, interroget Parochus de peccatis communioribus statui pœnitentis, & nutibus excipiat Confessionem modo, quo potest; numerum vero peccatorum per ostensionem digitorum, si id fieri queat. *D. Abreu.*

IX. Etsi ignarus idiomatis per se loquendo, quando urget præceptum, vel necessitas confitendi, & Confessarius linguæ peritus haberi non possit, non teneatur per interpretem confiteri, sed peccata sua exprimere, prout moraliter potest, etsi non recte intelligatur; Tamen in Articulo mortis de vera Contritione dubitans ex lege Charitatis erga se, pœnitentiæ item ac satisfactionis erga DEum obligari videtur ad confitendum per interpretem, *Laymann.* Saltem aliqua minora ac minus diffamantia peccata. *Sporer 483.*

X. Si quis sit a nativitate surdus, mutus, & cœcus, censeri debet perpetuo amens, adeoque nullum Sacramentum illi conferendum, præterquam Baptismus, *La Croix cum Comm. n. 1875.*

Quod si aliquis perpetuo sit surdus & mutus, putant aliqui absolvi non posse, quia non videtur capax Fidei, &c. Sed probabilius posse absolvi censent alii; imo obligandus in anno confiteri secundum *Laymann*, *Dianam*, *Gobat*, *Lobner*; modo sciat per nutus & gestus indicare peccata, & signa doloris adhibere. Novi tales adeo perspicaces a nativitate surdos & mutos, qui requisitos Pœnitentiæ actus exacte præstare norunt.

Si talis pœnitens ab aliis adducatur, ſtudeat Confeſſarius ante confeſſionem edoceri, quomodo cum illo nutibus agere debeat, ut vim Sacramenti percipiat aliquo modo, & aliqua peccata, quantum poteſt, ſignis declaret. Poſtea in locum ſeparatum ducat, atque iisdem ſignis, ac nutibus eum examinans, ſi unum alterumve peccatum probabiliter intellexerit, ac doloris ſignum acceperit, abſolvat, *Lohner*. Si vero a muto & ſurdo nequeant ulla peccata in ſpecie intelligi ex ejus geſtibus & nutibus, abſolvi extra mortis articulum non debet, *Gobat n. 476.*

Mutus, ſi ſciat ſcribere, monendus per modum conſilii potius, quam præcepti, ut ſcripto confiteatur.

Qui ſcitur eſſe plene fatuus, abſolvi non debet, quamvis genuflectat, ſe accuſet, tundat pectus.

Semifatuus eſt capax peccati, unde ſi prudenter judicetur, quod hic & nunc habeat ſaltem actus inperfectos ad pœnitentiam requiſitos, poteſt abſolvi ſub conditione.

Qui quandoque delirant, quandoque ſapiunt, poſſunt tempore lucidi intervalli abſolvi, non aliter ac illi, qui ſemper ſapiunt, *La Croix n. 1872.*

XI. Si immineat conflictus, vel ſi multitudo moribundorum, v. g. in naufragio, in publico noſocomio non poſſent omnes audiri. In hoc caſu poſſent etiam omnes ſimul dicto uno peccato, quod minus infamat (vel etiam ſecundum quosdam) ſi aliter fieri non poſſet, dicendo in genere ſe eſſe peccatores, aut etiam ſigno aliquo vel genuflexione ſignificant ſe peccaſſe, abſolvi.

Buſſem.

Buſſenbaum l. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. Hauchius Hurtado apud Reiffenſtuhl.

ANNOTATIO.

SOlent quandoque Infirmi patientes deliquium, imbecillitates & vehementiſſimos dolores abs contritione, & non integre confiteri (crede pluries experto) ideo requirit paſtoralis ſollicitudo, poſtquam tales Infirmi ſe melius habuerint, ut iterum accedantur, examinentur quoad contritionem, & an ipſis conſtet de peccatis in confeſſione enarratis, & hoc maxime obſervare debet Parochus, ſi non ipſi, ſed alteri confeſſi ſunt.

§. IX. De abſolutione Moribundis impertienda.

TRiplicia ſigna ſunt ad Abſolutionem Moribundi ſufficientia, certa, probabilia, dubia. Signa certa ſunt, quæ ex natura ſua ordinanrur ad confeſſionem, ut, ſi Infirmus dicat coram Confeſſario, vel aliis, *ſe velle confiteri, dolore de peccatis &c.* & tunc non eſt dubium, eſſe ſufficiens ſignum abſolute dandi. 2. Signa probabilia ſunt, quæ quidem ſignificant dolorem ac pœnitentiam, ſed exhibentur ſine mentione, vel clara relatione ad confeſſionem: Ut ſi Infirmus *pectus tundat*, vel dicat: *Miſerere mei DEus, propitius eſto mihi peccatori.* Et tunc tutius eſt, ut Abſolutio detur ſub conditione. Signa dubia, quæ de ſe ſunt indifferentia: Ut ſi Infirmus rogatus, num velit confiteri, ſolum lachrymetur, ſuſpiret, oculos attollat, manum Sacerdotis ſtringat; & tunc abſolutio dari debet

ſub conditione. *Sporer. n. 641.* Non ſolum ſtantibus iſtis ſignis abſolvi debet Moribundus, ſed etiam ſi nulla omnino exhibet (& quidem non tantum ex charitate, ſed etiam ex juſtitia a Parocho) ut qui ſubito in phreneſin lethalem incidit, vel apoplexia tactus &c. modo conſtet eum prius Chriſtiane vixiſſe. *Reiffenſtubl cum Comm. diſt. 7. q. 4.*

§. X. De Confeſſione Moribundi ignorantis Myſteria Fidei.

PArochus meminiſſe debet alia eſſe ſcitu neceſſaria neceſſitate medii, alia neceſſitate præcepti; neceſſaria neceſſitate medii ſunt credere explicite & ſcire Deum eſſe, eumque Remuneratorem, & ex probabili ſententia, tres eſſe in Deitate Perſonas, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum DEI Filium eſſe incarnatum, paſſum ad redimendum, & reſurrexiſſe. Ignorans hæc abſolvi non poteſt, priusquam inſtruatur. *Bonac. diſp. 3. q. 2. p. 2.*

Praxis eliciendi actum Fidei explicitum.

N. N.

GLaubt ihr, daß seye ein einiger, wahrer GOTT, so das Gute belohnet in dem Himmel, das Böse straffet in der Höllen; und drey göttliche Personen, nemlich GOtt der Vatter, GOtt Sohn, GOtt Heil. Geist, und aus diesen drey göttlichen Personen ein jede wahrer GOtt seye? Ich glaub.

Glaubt

Glaubt ihr, daß JEsus Christus der wahre, eingebohrne Sohn GOttes seye: wahrer GOtt und Mensch? Mensch ist er worden in dem reinen und unbefleckten Leib der allerseligsten Jungfrau Mariä und gebohren, damit er uns erlöse; sonsten wären wir alle verlohren worden, theils wegen der Erbsünd Adams, auch wegen unseren selbst eigenen Sünden? Ich glaub.

Glaubt ihr, daß er vor uns gelitten, gecreutziget, gestorben, und begraben, abgestigen zu der Höllen, am dritten Tag wiederum auferstanden von den Todten: Aufgefahren zu den Himmlen, sitzet zu der rechten Hand GOttes des allmächtigen Vatters: Von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten? Ich glaub.

Glaubt ihr an ein heilige, allgemeine Christliche Kirch, auffer welcher man nicht kan selig werden? Ich glaub.

Glaubt ihr, daß in der Catholischen Kirch der Gewalt seye die Sünden nachzulassen? Ich glaub.

Glaubt ihr an die sieben heilige Sacrament? Ich glaub.

Glaubt ihr, daß in dem allerheiligsten Sacrament des Altars seye der wahre

Leib

Leib und Blut Christi JEsu unter denen Gestalten Brods und Weins mit GOtt- heit und Menschheit, mit Leib und Seel ? Ich glaub.

Quod si ad singula cum pio affectu prompte respondeat, *credo*, vel *ita mi Domine*, quantumvis ignarus sit & rudis, censebitur sufficienter elicuisse actum fidei explicitum ad salutem necessarium : Ac proin cum proposito ejusmodi articulos melius addiscendi, si supervixerit, quantum ex hoc capite satis dispositus est ad Absolutionem. *Sporer. tr. 2. in Præc. Decal. c. 2. sect. 1.*

Necessaria necessitate Præcepti sunt, scire explicite substantiam eorum, quæ habentur in Symbolo Fidei, Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, item Sacramenta maxime necessaria, reliqua autem tunc, quando ea vult suscipere.

Non callere memoriter Symbolum, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, nec non & facere Crucem, peccatum veniale esse censet Navarrus, grave Barbosa, si per negligentiam fiat.

ANNOTATIO.

PArochus talem Infirmum, si superstes fuerit, reperitis vicibus invisat, & instruat considerando navim non satis firmatam facile mergi.

§. XI. De Confessione pueri moribundi.

PArocho incumbit non solum curare de adultis, sed etiam de pueris periculose decumbentibus, & puellis, ut confiteantur (si Absolu-

tionis

tionis capaces sunt) quod judicare debet non ex sola ætate, num septennium exegerint. Post illam etiam ætatem de rationis usu præsumptio esse solet, sed multo magis ex ingenii, & educationis qualitate: quia multi post eam ætatem, alii vero ante rationis discretionem consequuntur, ut non tantum venialiter, sed etiam mortaliter peccent: Quod si autem omnibus consideratis de pueri capacitate dubium manet, inclinandum est in favorem animæ, & absolvi debet in mortis Articulo sub conditione. *Laymann. l. 5. tr. 6. c. 5. de Sacramento pœnitentiæ.*

Praxis, quomodo pueri disponi debeant ad Contritionem.

Frag: Mein Kind, was ist die Sünd?
Antwort: Sie ist ein Uebertrettung der Gebott GOttes.
Frag: Wo kommen diejenige hin nach dem Tod, die sündigen?
Antwort: In die Höll, oder Fegfeuer.
Frag: Was leiden sie alldorten?
Antwort: Erschröckliche Pein des Feuers.
Frag: Wie lang leiden sie solche Pein?
Antwort: Die in der Höll seynd, leiden in Ewigkeit ohne End; die in dem Fegfeur, bisweilen lange Zeit, und viel Jahr, bisweilen kürtzere Zeit nach Gestalt der Sünden.
Frag: Getrauest du dir ein so erschröckliches

ches Feuer zu übertragen, und in demselbigen zu brinnen, und braten?

Antwort: Nein.

Frag: Wer straffet die Sünder so erschröcklich?

Antwort: GOtt.

Frag: Warum straffet er sie?

Antwort: Weil sie GOTT beleidiget haben.

Frag: Was ist dann GOtt?

Antwort: Er ist das allerhöchste Gut, ein Erschaffer Himmels und der Erden, und wegen seiner Allmacht, Schönheit, und Unendlichkeit alles Liebens würdig.

Frag: So ist dir dann hertzlich leid, daß du einen so grossen GOtt, das allerhöchste Gut beleidiget hast?

Antwort: Ja freylich.

Mein Kind! Spreche dann mir die Reu und Leid nach.

O Grosser GOtt! es ist mir hertzlich leid aus Liebe gegen dir, daß ich dich das allerhöchste Gut durch meine Sünden beleidiget hab, daß ich dir so viel Schmach und Unbild angethan hab. Ich hab einen kräftigen Fürsatz dich nimmermehr zu beleidigen.

§. XII. De Confessione moribundi habentis casum reservatum.

IN mortis Articulo quilibet Sacerdos etiam simplex, imo excommunicatus, irregularis, degradatus, etiam hæreticus, schismaticus habet potestatem absolvendi ab omnibus casibus & censuris cuilibet reservatis, *Trid. sess. 14. c. 7.* sed non nisi cum duplici onere, & conditione, si casus reservatus habuit annexam censuram sive excommunicationem. Prima conditio est, ut non absolvatur, nisi præstito juramento, quod cessante periculo adire velit Pontificem, ejus mandato pariturus. Idque pro qualibet excommunicatione Papali. *Corduba apud Sporer. Diana* vero pro omni & sola excommunicatione inflicta ob magna crimina, ut hæresis, incendiarii, falsarii, percussoris Clerici. Sed rectius solos percussores clericorum obstringendos hoc juramento tenet Tambur, *opusc. de confess. l. 3. c. 6. 3. Gobat. p. 1. t. 7. n. 145.* Idque solum probabiliter pro foro externo, quando res deducta ad forum contentiosum. Altera conditio est, ut, qui est excommunicatus ob injuriam alteri illatam v. g. ob Clerici percussionem, non absolvatur, nisi satisfactum parti, si commode fieri possit, alioquin sufficere debet juramentum, etsi præstetur cautio pignoratitia, vel fidejussoria de satisfactione postea præstanda, idque rursus probabiliter pro foro externo. Ablolutus a casu simpliciter tantum reservato, si postea reconvalescat, non tenetur se amplius sistere Superiori, quia jam di-

recte

recte & plene absolutus est. Constitutus in mortis periculo potest etiam pro casibus reservatis eligere suum Parochum prætermisso Privilegiato. *Gobat, Sporer n. 130.*

Dicitur autem mortis Articulus non tantum, quando pœnitens jam agonizat, sed, tametsi vivat, & vivere possit, est tamen ex verosimili Medicorum judicio aut prudentum virorum, in propinquo mortis periculo. Veluti si peste infectus sit, si in ipso conflictu bellico, aut periculo naufragii constitutus, quando quis ex morbo vel senio confectus, vel habet vulnus lethale; quoties est aliqua vicina partui, vel etiam sequentibus, si in prioribus experta est periculum mortis, vel eo anno soleant parturientes communiter periclitari, quando iter prædonibus expositum, quando adest periculum incidendi in amentiam, quoties quis habet inimicum, a quo quæritur ad mortem &c. *Engel in Man. l 2. Parocb. D. Abreu.*

§. XIII. De Casibus reservatis Pontifici in Bulla Cœnæ.

Bulla ista continet casus viginti. Primus & ferme unicus in his partibus est: Excommunicatio in Hæreticos, Apostatas a Fide, Receptores, Fautores, & Defensores Hæreticorum, legentes eorum libros de religione tractantes, inprimentes, defendentes. Ideo casum hunc solum declarabo. Ut casus quoad hæreticos incurratur, requiritur Primo. Ut aliquis sit formalis hæreticus, id est scienter & pertinaciter eligens vel credens aliquid contra veritatem Ecclesiæ Catholicæ

licæ, non autem ſufficit aliquem eſſe hæreticum materialem, qui ſcilicet ſine pertinacia, & ex ignorantia licet craſſa hæreſin ſequatur. *Engel, in Man. Part. 3. c. 2.* Quales ſunt plerumque homines plebei, & ruſticani, rudes, & ſimplices, apud hæreticos educati, quos male Confeſſarii & Parochi inſcii, aut laborem ſubterfugientes ſtatim remittunt ad alium habentem poteſtatem abſolvendi ab hæreſi, non ſine eorum confuſione & errore; ſed ipſimet prius examinare debent, & ſi ſolum errantes, vel ignorantes ignorantia ſaltem mortaliter non culpabili, adeoque materiales hæreticos deprehendant, in neceſſariis fidei inſtruere, confeſſos abſolvere debent. *Sporer. tr. 3. c. n. 21. in præc. Decal.* 2do requiritur · ut hæreſis non ſolum in animo conſiſtat, ſed verbo aut facto extrinſecus ſignificetur: Ideo talis hæreticus pure mentalis a quolibet Confeſſario abſolvi poterit. 3tio. Ut actio externa ſit mortaliter mala, & fiat animo profitendi vel defendendi hæreſin, atque ita ab aliis accipiatur. *Engel. l. cit.* Dubitantes in aliquo fidei Articulo, probabile eſt, non quidem a peccato, ſed tamen a formali hæreſi excuſari. *Barboſa in d. c. 1. de hæret. n. 2. & 3.*

Per receptores, fautores, defenſores intelliguntur illi, qui hæreticos in cauſa hæreſis recipiunt, favent, defendunt, adjuvant *Sporer. tr. 2. c. 3. n. 28.*

Quoad legentes libros hæreticos nota.

LEgens librum talem peccat graviter, & incurrit cenſuram, requiritur tamen 1mo ex parte

libri lecti, ut sit Authoris hæretici. 2do, ut vere liber censeatur sive magnus, sive parvus, sive impressus, sive manuscriptus; si scriptura tamen foret brevis v. g. epistola, vel concio, quæ non sit pars alicujus libri, vel in formam alicujus libri, vel tractatus redacta, vel minor saltem decem foliis, ut vult Tambur. Censuram juxta probabilem non incurrit, quamvis graviter peccare possit ratione periculi. 3. Ut hæresin contineat, si vero obiter & per accidens hæreses & errores contineantur, uxta Laymann excommunicationem non incurrit, & etiam a peccato gravi excusari putat Sporer cessante periculo, si quis Schleidanum aut Münsterum legat. 4to Aut saltem de religione tractet, etiam hæresin manifestam non contineret. Legi audiens librum hæreticum, probabilius incurrit censuram. *La Croix.*

Retinens librum hæreticum admissa tamen parvitate materiæ (requiritur enim notabile tempus, quale non est unus aut alter solummodo dies) peccat graviter, & incurrit censuram, & nihil differt, utrum quis in sua vel aliena domo, item num suo vel alieno nomine, denique utrum causa legendi vel non, talem librum apud se retineat; hinc talium mercaturam faciens peccat graviter, & censuram incurrit. *La Croix l. 7. n. 353.* nec non & imprimens.

Dicitur autem imprimere ille, qui est Dominus officinæ, item qui ponit typum, humectat chartam, imponit atramentum, premit prælum.

Bibliopegis licet libros compingere pro illis, qui habent facultatem legendi eos, & alias non.

La Croix.

La Croix l. cit. excuſat tamen eos Leſſius. In Germania intereſſe concionibus hæreticorum ſecluſo ſcandalo, periculo, prohibitione & ſi ex cauſa juſta fiat, licet. *Buſſenbaum l. 2. tr. 1. c. 3. n. 11.* licet etiam legere Biblia in lingua vernacula Echii, Dietenbergii, nisi obſtet conſtitutio Ordinarii. *Sporer 38.* Adoleſcens autem mechanicam profitens, vel famulans apud hæreticum, ſi ſit in periculo proximo deficiendi a fide tenetur ſtatim diſcedere, quocunque incommodo; & licet periculum abſit, ſi tamen famulans impediatur ab obſervatione præceptorum Eccleſiæ v. g. quia debet carnes comedere diebus vetitis, feſtis laborare, Miſſam negligere, ſervitium illicitum eſt, niſi excuſet notabile damnum: ſi vero raro impediatur ab obſervatione feſtorum, licet ſervire, duminodo nihil aliud obſtet. Dixi, niſi excuſet notabile damnum: cenſetur autem notabile damnum, ſi deberet amittere ſalarium ſuum, vel non poſſet invenire Dominum Catholicum, a quo reciperet ultra dimidium illius, quod ab hæretico accipit, ſi tamen a Catholico tantum accipere poſſet v. g. ſex florenos, & ab hæretico ſeptem, non eſſe notabile damnum. *La Croix l. 2. n. 103. Reiffenſtubl. tr. 4. diſt. 4. q. 4.*

Antequam quis addicat operam hæretico, debet expreſſe apponere conditionem, ut permittatur obſervare præcepta Eccleſiæ.

Si quis ex juſta cauſa ſerviret hæretico, & diebus vetitis habeat unum ferculum quadrageſimale ultra panem v. g. offam, vel loco offæ, olus vel pulmentum, non licet veſci carnibus, graviter-

terque peccaret edendo, nisi tales famuli sincere dicant, se non esse pares consueto suo labori, nisi plus uno ferculo edant, in casu dein, ubi necessitas adest, comedendo carnes, non licet ei comedere, nisi expressa protestatione, quod ex necessitate debeat, alioquin ageret in contemptum DEI. *Gobat. tr. 5. c. 43. num. 130.* In dubio, in locis mixtis petat famulans Dispensationem a Parocho Catholico. Possunt etiam dispensare *PP. Soc. JEsu.*

§. XIV. De Absolutione a casibus Bullæ Cœnæ.

ABsolutio est reservata Papæ, ita ut extra articulum mortis nec ullus Prælatus inferior per se loquendo, nec regulares ab illis absolvere possint, si tamen casus sunt occulti, & ad forum contentiosum non deducti, possunt jure novo *Trid. Sess. 24. c. 6.* Episcopi absolvere ab hæresi occulta, aliisque contentis in Bulla Cœnæ. Pro casibus etiam publicis solent aliqui Episcopi sibi in Germania procurare Roma ad quinquennium absolvendi facultatem aliis communicabilem. Ampliores adhuc habent Nuntii Apostolici pro tempore Legationis suæ, solent insuper sibi procurare licentiam quinquennalem absolvendi a casibus publicis Bullæ & hæresi, Ordines Mendicantium, in qua tamen ordinarie excipiuntur in hæreses & schismata relapsi, aut de eis in judicio delati, vel condemnati. Per relapsum in hæresin intelligitur relapsus post hæresin ejuratam. La Croix *l. 6. p. 4. n. 1.* Laymann, Gobat docent,

quos-

quoscunque Approbatos in Germania posse absolvere ab hæresi, & lectione librorum prohibitorum: alii tamen communiter sentiunt contrarium.

Præter viginti casus in Bulla contentos adhuc ex aliis Canonibus, Bullis, & Authoribus octoginta octo refert Barbosa. *de off. Episc. p. 3. alleg. 50.* quorum tamen Censuræ plurimæ, vel specialiter Religiosos Ordines, vel Statum, & terras Pontificias concernunt. Notiores habet Busslenbaum. Nota tamen tam in casibus reservatis in Bulla Cœnæ, quam in sequentibus annexam esse censuram.

§. XV. De Casibus reservatis Pontifici extra Bullam Cœnæ.

1. In incendiarios.
2. In habentes litteras Apostolicas falsas, & non destruentes, item in falsarios litterarum Apostolicarum.
3. In effringentes, spoliantes Ecclesias.
4. In communicantes eodem crimine cum excommunicatis a Papa.
5. In vexantes eos, qui censuram in alios tulerint.
6. In absolutos excommunicatione sub conditione, & non implentes.
7. In violantes interdictum Papale.
8. In dantes, recipientes aliquid ex pacto, ob admissionem ad Religionem.
9. In simoniacos reales, circa Ordinem vel Beneficium.
10. In committentes simoniam confidentialem.

11. In impedientes executionem litterarum ſacræ Pœnitentiariæ.
12. In dantes & recipientes aliquid pro gratia, aut juſtitia apud Sedem Apoſtolicam.
13. In committentes duellum, & ad in cooperantes, ſuadendo &c.
14. In Mulieres ingredientes Monaſteria Regularium.
15. In impugnantes inſtitutum Societatis JEſu.
16. In facientes jurare illicita, & contraria libertati Eccleſiaſticæ.
17. In rapientes bona Eccleſiaſtica, item in exigentes tributa ab Eccleſiaſticis.
18. In violantes libertatem Eccleſiaſticam, quoad fugientes ad Eccleſiam.
19. In docentes poſſe fieri confeſſionem in abſentia.
20. In eos, qui alterutram opinionem de Conceptione B. V. damnant peccati mortalis, vel hæreſeos; item in eos, qui in Concionibus, aliisque publicis actionibus, aut lectionibus, concluſionibus aſſerunt: B. Virginem conceptam in originali.
21. In percuſſores Clericorum.

Declaratio caſuum principaliorum.

Ad 1. R. Incendiarios non ipſo jure excommunicatos, ſed poſtquam fuerint denuntiati, *Card. Tolet. l. 1. c. 35.*

Ad 3. Poſtquam ſimiliter ab Ordinariis locorum excommunicati denuntiati fuerint. *Engel in Man. Par. p. 4. c. 2.* Quod ſi absque violentia res

de-

de Ecclesia subtrahatur, non incurritur ipso jure censura. *Barbosa.* Per Ecclesiam vero intellige etiam Hospitalia, & alia pia loca. *Card. Tolet.*

Declaratus est satis.

Ad 9. R. Simoniam debere esse realem cum actuali traditione, & acceptione rei temporalis pro Spirituali, non de sola mentali aut conventionali. *Engel.*

Quoad 10. Cum casus sit rarus, vide Laymann *l. 4. tr. 10. c. ult.*

Ad 13. R. Subintellige duella ex condicto. Ex spectantibus incurrunt illi, quorum præsentia duellantes redduntur audaciores, non qui obiter in transitu non figendo pedem, vel clam, aut occulte aspiciunt. *Engel.*

Ad 14. Contra mulieres ingredientes Monasteria Virorum non haberi latam censuram. Quamvis interim talis ingressus ob circumstantias scandali, vel periculi possit esse peccaminosus. *Engel.*

Ad 17. Casum istum pertinere hodie ad Bullam Cœnæ. *Tolet. de Abreu.* Et talem exactionem debere fieri ex potestate laica. *Engel.*

Quoad 21. Vide Bussenbaum *l. 7. c. 2. art. 4.*

Quoad reservationem nota, si percussio sit enormis, qualis est, si membrum præscindatur, copiosius sanguis effundatur, est casus Papalis.

Quando percussio etsi sit mortalis, & tamen Prudentum judicio levis comparata cum enormi, v. g. si fiat palma, pugno, aut lapide non relinquente vestigium, imo etsi pauculæ guttæ sanguinis effluant, modo non notabilem injuriam

& ſcandalum pariant, de jure reſervatur Epiſcopo. Pariter ſi percuſſio ſit occulta. Hac cenſura tenentur etiam mandantes, conſulentes (ſi percuſſio ſecuta ſit, nec mandatum prius revocatum) conſentientes, non impedientes, ſaltem ſi ex officio impedire teneantur. *Engel.*

§. XVI. De cauſis excuſantibus a Cenſuris & caſibus reſervatis Papalibus.

I. UT incurratur Cenſura & reſervatio, peccatum debet eſſe mortale, ita ut ſi reſervatum ſit homicidium, non ſufficit ſolum inflixiſſe vulnus etiam lethale, niſi re ipſa ſecuta ſit mors. *Gobat. p. 1. t. 7. Caſ. 8. n. 352.*

II. Illud peccatum mortale debet eſſe certum non item dubium tantum, ſive dubium ſit juris, ſive facti, ſive poſitivum, ſive negativum. *Sporer p. 3. c. 6. n. 734.* Ideo ſi poſt Confeſſionem ejusmodi peccati dubii reſervati apud Confeſſarium carentem poteſtate in reſervata deprehendas, peccatum certo & revera fuiſſe reſervatum, non teneris noviter confiteri. *Sporer loc. cit.*

III. Excuſat etiam ignorantia reſervationis, etiam ſi ſit vincibilis, nota tamen quoad caſus Pontificios, de Epiſcopalibus dicam infra.

IV. Excuſat gravis metus mortis, mutilationis, infamiæ &c. ob quem legem Eccleſiaſticam transgreditur ſub cenſura impoſitam. *Engel.*

ANNOTATIO.

QUoad Sæculares plebejos non eſt multum ſcrupulizandum in excipiendis confeſſionibus

bus circa materiam cenſurarum, vix enim audies eosdem aliquam incurrere, dummodo tres caſus excipias, percuſſionem Clerici, hæreſin, & quanto pro excommunicato quis ſententialiter denuntiatus. *Engel.*

§. XVII. De caſibus reſervatis Epiſcopalibus Diœceſis Conſtantienſis.

CAſus reſervati Epiſcopales ſunt univerſim 43. quos ſubjungo.

Caſus reſervati Clericorum Conſtant.

1. Fornicatio cum filia Confeſſionis.
2. Revelatio Confeſſionis.
3. Celebratio in Eccleſia interdicta.
4. In Altari non conſecrato ſcienter.
5. In Altari portatili ſine Licentia.
6. Sine ſacris veſtibus.
7. Et a Sacerdote non jejuno.
8. Reordinatio ſcienter ſuſcepta.
9. Item Celebratio & Miniſtratio non ordinati.
10. Diœceſani, qui ad ſacros Ordines per alienum Epiſcopum ſine proprii Diœceſani licentia promotus eſt.
11. Qui furtive.
12. Qui per ſaltum.
13. Qui extra tempora a jure ſtatuta.
14. Qui ante legitimam cujusvis ſacri Ordinis ætatem promotus eſt.
15. In Cenſura Eccleſiaſtica ſuſcipiens ſacrum Ordinem.
16. Scienter ſepeliens corpus excommunicati in Eccleſia, vel Cœmeterio.

17. Vel etiam non excommunicati tempore interdicto.

Declaratio Casuum Principaliorum.

Quoad I. vide infra.

Ad II. R. Quod casus reservatus incurratur, licet tantum indirecte reveletur Confessio, *Gobat. D. Abreu.*

Ad IV. Non solum incurrit casum reservatum celebrans in Altari ab Episcopo non consecrato, sed etiam execrato, execratur autem Altare per notoriam Ecclesiæ pollutionem, & sanguinis effusionem, *Laymann. l. 5. tr. 5. c. 6.* 2. Per notabilem fractionem; quæ censeri solet, si in nulla Altaris parte Calix cum Patena consistere possit. 3. Si mensa Altaris stabilis removeatur a stipite, seu inferiore structura. Altare tamen stabile non execratur per solam fractionem, vel amotionem Sigilli aut Sepulchri, in quo sacræ Reliquiæ conditæ sunt, *Laymann. Gobat.* In hac tamen Diœcesi moris est, ut violato Sigillo, atque exemptis Reliquiis aliæ imponantur, sed sine nova consecratione Altaris totius, at non sine benedictione seu nova consecratione ipsius sepulchri.

Ad V. Celebrans in Altari portatili sine licentia bis, terve, postquam expiravit triennium in necessitate, quia scilicet alioquin vel deberet populus carere Sacro, vel quis mori sine Viatico, non incurrit casum reservatum, peccavit tamen graviter agnoscens imminere finem Triennii, & non supplicavit mature pro gratiæ continuatione, *Gobat. p. 1. tr. 7. c. 8. n. 409.*

Ad

Ad VI. Veſtes ſunt ſex: Humerale, ſeu amictus, Alba Cingulum, Manipulus, Stola, Caſula, ſeu planeta; ſine aliqua harum, excipe cingulum, Sacrum dicere eſt peccatum grave. In caſu neceſſitatis & per accidens poteſt ſine una alterave v. g. ſine Stola, aut manipulo, ſi quis v. g. oblitus fuiſſet Stolæ, & primum adverteret defectum ſub tempus Evangelii ad vitandum notabile murmur populi, aut ſcandalum, Miſſa dici: Si vero pauci intereſſent Miſſæ, tenetur ſupplere defectum, aut ſi levis perturbatio tantum aut murmuratio timeri poteſt. *Laymann*, Non incurritur tamen caſus reſervatus; excipe, niſi quis Sacrum diceret absque Alba, & Planeta.

Ad XVI. Eccleſiam Germanicam ſepultura alicujus Lutherani, vel Calviniſtæ non profanari, tenet Laymann. *l. 5. tr. c. 5.* Reliqui caſus ſunt ſatis clare expreſſi.

Caſus reſervati Laicorum.

1. Matrimonium conjuge adhuc vivente ſcienter contrahens.
2. Antequam certificaretur de morte conjugis.
3. Aut clandeſtine.
4. Sponſalia de futuro contrahens, nec obſervans.
5. Machinatio in mortem conjugis, ſi mors ſequatur.
6. Baptizatio propriæ prolis, excepto caſu urgentis neceſſitatis.
7. Vel ejusdem in Baptismo & Confirmatione ſuſceptio.

De-

Declaratio Casuum Principaliorum.

Ad II. Stantibus Constitutionibus nostris. *p. 1. tit. 16. n. 26.* Casus iste non facile contingit; interim certum est, Matrimonium contrahentem cum dubio, utrum, suus, aut sua conjux vivat adhuc, vel obierit, Casum reservatum incurrisse, quia ad contrahendum Constitutiones certitudinem requirunt saltem moralem. Est autem certitudo moralis illa, quæ prudentis arbitrio sufficit ad credendum priorem conjugem certo esse mortuum. *Bonacina de Matrim. quæst. 3. p. 10. n. 12.*

Ad III. *Clandestine.* Nosse oportet Matrimonium clandestinum duplex esse. 1. Quando celebratur sine Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, & sine testibus. 2do Quando coram Parocho & testibus, non tamen præmissis denunciationibus. 1mo modo celebratum certum est, esse casum reservatum. 2do modo neglectis denunciationibus casum reservatum tenet D. Abreu, probabilius negat Gobat.

De IV. Casu vide opusculum de assistentia Sponsaliorum, & Matrimonii.

V. Est satis clare expressus.

VI. Declaratur facto. Caja uxor Titii parit infantem vita summe periclitantem præsentibus duabus mulieribus. Nulla ex his potuit persuaderi a Titio, ut infantem baptizet, in tali casu Titius obnoxius non fuit, propriam prolem baptizans, Casui Episcopali. Idem dic, si rationabiliter dubitavit, an utraque esset satis perita hujus muneris; secus si alterutri probe peritæ potuit persuadere. Idem est de Matre baptizante de

sus-

fuſceptione, ſicut enim non delinquit, qui in neceſſitate fit Patrinus propriæ prolis, ita etiam ſit immunis a caſu reſervato. *Gobat.*

Caſus reſervati Clericis & Laicis communes.

1. Homicidium voluntarium, facto, præcepto, conſilio, vel conſenſu deliberato commiſſum.
2. Procuratio abortus, vel ſterilitatis.
3. Incendium Eccleſiarum, domorum, aut ſegetum malitioſe & ex propoſito factum.
4. Sacrilegium, ſeu furtum ſacræ rei.
5. Peccatum beſtialitatis cum brutis commiſſum.
6. Coitus cum infideli, vel Judæa.
7. Commixtio carnalis cum Sanctimoniali.
8. Inceſtus cum conſanguineis & affinibus usque ad ſecundum gradum inclusive.
9. Adulterium.
10. Raptus.
11. Perjurium in judicio factum.
12. Pollutio Eccleſiæ, vel Cœmeterii, effuſione ſanguinis, & ſeminis.
13. Immunitatis & libertatis Eccleſiaſticæ violatio.
14. Falſificatio litterarum Epiſcopi, & Epiſcopalis Curiæ, vel Monetæ.
15. Percuſſio parentum enormis.
16. Abuſum Sacramentorum, & ſacrarum rerum ad magicas artes, veneficia, & ſuperſtitiones.
17. Rebaptizatio ſcienter collata, & ſuſcepta.
18. Injectio manuum violenta in Clericos, Monachos, Moniales, vel quamcunque etiam perſonam Religioſam, aut Eccleſiaſticam.

DECLARATIO.

I. Patet ex §. XV.

Ad

Ad II. R. Tunc procuratio abortus est casus reservatus, si sit de fætu animato post 40. dies in masculo, a conceptione, in fœmina post 80. In dubio, præsertim quando non satis constat de conceptione, non est casus reservatus. *Palaus apud Gobat*, *Engel*. Marchantius, D. Abreu tenent contrarium, docentes, quod incurratur reservatio sive fœtus sit formatus, sive informis, sive animatus, sive inanimatus; si tamen animatus fuerit fœtus, homicidium esse, & esse casum reservatum, etiam si sit occultus, incurritur etiam irregularitas, & quidem ab omnibus, qui huic rei cooperantur. Vel *sterilitas* intelligi potest de perpetua sterilitate, non de una, vel altera conceptione impedita. *Engel*.

Ad III. Per incendium procuratum intelligi debet etiam mandans effectu secuto: An etiam qui consilio, vel auxilio remote concurrunt, dubitatur. *La Croix*.

Ad IV. Per rem sacram non intelligitur, nisi illa, quæ sit benedicta, vel deputata ad Ornatum Ecclesiæ, divinumque cultum publicum.

Ad V. *Bestialitas* tunc est casus reservatus, quando penetratur a vase naturali viri vas bestiæ, aut præposterum si sit mas, aut naturale si sit fœmella, quam circumstantiam in Confessione addendam, cum immissione seminis tenet. *La Croix*.

Ad VI. VII. VIII. IX. R. Tunc esse casus reservatos, quando vas mulieris naturale penetratur a vase naturali viri cum seminis immissione. *Gobat*.

Ad X. Per raptum intelligitur abductio virginis invitæ cum intentione peccati, aut etiam

Matri-

Matrimonii, ſive quis per ſe abducat, ſive per alium. *La Croix.*

Ad XI. Per perjurium debet intelligi in Judicio factum, ut ſonant Conſtit. vel fallum Teſtimonium in eo datum. *Gobat.*

XII. Patet ex dictis de Altari execrato.

XIII. Declarari hic non poteſt ob materiæ prolixitatem.

Ad XIV. Enormis debet hoc loco intelligi eo modo, quo intelligitur Clerici percuſſio enormis reſervata Pontifici, & oppoſita mediocri.

Ad XV. Nomine parentum non veniunt Vitricus, aut Noverca. *Gobat.*

Ad XVI. Solus ille abuſus Sacramentorum, uti & ſacrarum rerum hic intelligitur, qui adhibetur ad res magicas, veneficia, & ſuperſtitiones; ut quando quis jubet fieri ter Miſſam ad reperiendum furem rerum ſuarum, aut geſtet S. Hoſtiam ad id, ut fiat invulneratus. *Gobat.*

Ad XVII. Tunc rebaptizando peccatur, & incurritur caſus reſervatus, quando quis abſolute rebaptizat deſtitutus rationabili dubio, an præceſſerit legitimus Baptismus. Idem dic de Confirmatione.

ANNOTATIO.

DIxi ſuperius ad incurrendum caſum reſervatum Papalem requiri notitiam reſervationis in pœnitente. Hæc tamen non procedunt in caſibus reſervatis Epiſcopalibus. *Diana, Sporer n. 735. Gob. n. 360. 2.* Etſi in reliquis omnibus caſibus Epiſcopalibus ad incurrendum caſum requiratur peccatum grave externum, non tamen

in

in materia Sponſaliorum, ita ut alia contrahens, & non obſervans etiam ex levitate & peccato veniali incurrat caſum reſervatum juxta dicta in opuſculo de aſſiſtentia Sponſaliorum &c. §. 26.

Caſus Epiſcopales non reſervari, ſi ſunt occulti, excepto homicidio voluntario, & majori excommunicatione judiciali innotato, quoad Laicos. Quoad Clericos vide Conſtit.

§. XVIII. De Confeſſione Generali.

PRo dolor! nimis, quam certum juxta dicta §. 1. plures eſſe, qui per vitam irritas fecere Confeſſiones; vel etiam verum dolorem & propoſitum cavendi de cætero peccata non concepe-runt, vel male parta non reſtituerunt. Quare Paſtoris lacri eſt exquirere, an indigeat moribundus Confeſſione Generali, & ſi indiget, ipſi blande ſuggerere, ut non ſolum ab ultima Confeſſione, quæ conſcientiam premunt, ſed & alio anteactæ vitæ peccata, maxime ſi circa ea peccata, conſcientiam non habent, revelet, & præteritas Confeſſiones repetat. Et in hoc puncto deſunt plures ex Curatis, ſubterfugientes moleſtias in excipiendis Confeſſionibus Generalibus & ſic animas immortales negligentes, facili alias labore lucrandas. Ideo pro juvando pœnitente, & reducenda peccatorum memoria in commodum Confeſſarii pono Catalogum peccatorum. Nota tamen, non omnes interrogationes faciendas, ſed eas tantum, quæ ſunt ſtatui pœnitentis communes, & accomodatæ.

Erste Beicht-Form
Ueber
Die heilige zehen Gebott GOttes.
Das erste Gebott.
Du sollt allein an einen GOtt glauben.

1. GOtt nicht über alles lieben.
2. GOtt in einer Sach versuchen.
3. An GOtt verzweiflen.
4. GOttes Namen mißbrauchen.
5. Wider GOtt murren.
6. GOtt undanckbar seyn.
7. Auf GOttes Barmhertzigkeit sündigen.
8. Falsch und unrecht glauben.
9. Aberwitzige Seegen brauchen.
10. Zauberer um Rath fragen.
11. Auf die Träum halten.
12. Zum Guten einen Verdruß haben.
13. Göttlicher Einsprechung nicht statt geben.
14. Sein Besserung von Tag zu Tag aufschieben.
15. Im Glauben wancken, und zweiflen.
16. Verbottne Bücher lesen, behalten, ꝛc.
17. Ketzerey verthädigen.
18. Erkannter Wahrheit widerstreben.
19. Vom Glauben disputieren, wann oder welchem es nicht zustehet.
20. Ketzerischen Predigen zuhören.
21. Sich GOtt selten befehlen.

22. Nothwendige Stuck zur Seligkeit aus eigner Schuld nich wollen wissen.
23. In Trübsal kleinmüthig seyn.
24. Sich des Catholischen Glauben schamen.
25. Den Glauben verlaugnen; wie?
26. Irrthum lehren.
27. Verbottene Künsten begehren zu lernen, wollen lehren.
28. Am Guten verhinderlich seyn.
29. Auferlegte Buß nicht oder unfleißig verrichten.
30. Nicht rechte Reu und Leid haben.

Das andere Gebott.

Du sollt den Namen GOttes nicht eitel nennen.

1. Ohne Noth, und aus Gewohnheit schwören.
2. Fälschlich schwören.
3. GOtt und die Heiligen lästern.
4. Andern übel wünschen.
5. Verloben und nicht halten.
6. Von heiligen Sachen leichtfertig reden.
7. Geweyhte Sachen mißbrauchen, von sich werffen.
8. GOttes Lästerer nicht straffen.
9. Letzten Willen der Verstorbenen nicht vollziehen.
10. Für die Abgestorbene nicht betten.
11. Andern vorlügen.
12. Etwas ohne rechtmäßige Ursach verschwören.
13. Sich dem Teufel ergeben.
14. Heimlich oder offentlich Pact mit ihm machen.
15. Seine Hilf vorsetzlich begehren.
16. Wahrheit wissentlich verhalten.

Das

Das dritte Gebott.

Du sollt den Feyertag heiligen.

1. Feyrtäg übel zubringen.
2. Mit schlechter Vorbereitung zum Heil. Sacrament gehen.
3. Kein Meß, oder kein gantze an Sonn- und Feyrtägen hören.
4. Knechtliche Arbeit an Feyrtägen verrichten.
5. Ehehalten, Diener daran zur Arbeit zwingen.
6. An Meß hören verhindern.
7. An Fasttägen Fleisch essen, sonst oder nicht fasten.
8. Zehenden nicht, oder nicht völlig reichen.
9. Kauffen und verkauffen an Feyrtägen.
10. Raths und Gerichts-Täg halten.
11. Nicht alle Jahr auf österliche Zeit beichten.
12. In Todsünden wissentlich zum H. Sacrament gehen.
13. Vor Empfahung des H. Sacraments essen.
14. Verbottene Speis auffetzen.
15. An Fasttägen zu fruhe, oder zu oft essen.
16. In Essen und Trincken zu köstlich seyn.
17. Geistl. Güter einziehen, mit Unrecht inhalten.
18. Unter dem GOttesdienst unnützes Geschwätz treiben.
19. Zu verbottenen Zeiten Hochzeit halten.
20. Untergebene zur H. Beicht ꝛc. nicht treiben.
21. Im Gebett mit Willen ausschweiffig seyn.
22. Ohne Vorbereitung beichten.
23. Kein Fürsatz haben sich zu bessern.
24. Gelegenheit zur Sünd nicht meiden.

25. In Lebens-Gefahr nicht wollen beichten.
26. Wissentliche Todsünd in der Beicht verschweigen.

Das vierte Gebott.

Du sollt Vatter und Mutter ehren.

1. Denen Eltern ꝛc. ungehorsam seyn.
2. Sie verspotten und auslachen.
3. Ihnen böse Wort anhencken.
4. Nach Vermögen nicht helfen.
5. Ihnen fluchen und Böses wünschen.
6. Sie verkleineren.
7. Ihren Tod begehren.
8. Sie schmähen, stossen, schlagen, ꝛc.
9. Gegen ihnen lang zörnen.
10. Sie gar zu unordentlich lieben.
11. Sie zum Zorn bringen.
12. Wider sie murren.
13. Sich ihrer schamen.
14. Ihnen gebührende Ehr nicht beweisen.
15. Für sie, und andere Gutthäter selten betten.
16. Arme und Alte verachten.
17. Andern Aergernuß geben.
18. Der Hausforg wenig nachfragen.
19. Das Uebel und Sünd nicht straffen.

Das fünfte Gebott.

Du sollt nicht tödten.

1. Feindschaft haben.
2. Zanck und Hader anrichten.
3. Unbillich anklagen.

4. An

4. An Leib, Gut, Ehr, ꝛc. verletzen.
5. Todschlag begehen.
6. In unbillichem Krieg dienen.
7. Dem Feind Waffen wider die Catholische verkauffen.
8. Mißgeburt verursachen.
9. Rachgierig seyn.
10. Zur Sünd anreitzen.
11. Vom Bösen nicht abhalten.
12. Leichtlich argwohnen.
13. Freventlich urtheilen.
14. Geistliche schlagen.
15. Nachnahmen geben.
16. Leibs-Mängel vorwerfen.
17. Uebel nachreden.
18. Heimliche Sünd offenbaren.
19. Ehrabschneideren zuhören, helfen.
20. Andere nicht verthädigen.
21. Denen Armen nicht helfen.
22. In anderer Unglück sich freuen.
23. In ihrem Glück trauren.

Das sechste Gebott.

Du sollt nicht Unkeuschheit treiben.

1. In unreinen Gedancken sich belustigen, verwilligen.
2. Die Ehe brechen.
3. Blutschand begehen.
4. Jungfrauen schwächen, nothzwingen.
5. Sie mit Gewalt entführen.
6. Mit Trohworten, Verheissungen überreden.

7. Aeusserliche Sinn übel bewahren.
8. Sich selbst unzüchtig berühren.
9. Ein Beflecken verursachen.
10. Andere zur Geilheit anreitzen.
11. Gelegenheit zur Unzucht suchen.
12. Unkeusche Sachen sehen, hören, lesen.
13. Buhl-Brief schreiben, Bilder mahlen.
14. Unflätige Lieder singen.
15. Ungebührlich küssen, greiffen, antasten.
16. Unzüchtigen Täntzen beywohnen.
17. Sich selbst anstreichen, salben, andere dardurch zur Sünd bringen.
18. Wider die Anfechtung des Fleisches sich nicht bewafnen.
19. Unzucht im Hertzen allein begehen.
20. Freche, oder gar zu zarte Kleider antragen.
21. In der Mummerey gehen.
22. In unreinen Gedancken zu lang verharren.
23. Ab schändlichem Traum ein Wohlgefallen haben.
24. Mit Geistlichen sich versündigen.
25. In fleischliche Sünd und Werck einwilligen.
26. Schandbare Reden treiben.
27. Unkeusche Geberden üben.
28. Liebtrunck eingeben.
29. Gelegenheit zur Unzucht nicht fliehen.
30. An verdächtige Ort gehen.
31. Mit verdächtigen Personen Gemeinschaft haben.
32. Stumme, oder Sodomitische Sünd begehen.
33. Wider die Natur sündigen.
34. Gar zu fürwitzig seyn.

Das

Das siebende Gebott.

Du sollt nicht stehlen.

1. In einen Diebstahl bewilligen.
2. Diebstahl würcklich begehen.
3. Kirchen und Gottshäuser berauben.
4. Gefundenes Gut nicht wieder geben.
5. Zum stehlen andern verhülflich seyn.
6. Bös Geld wissentlich für Guts im Schuß ausgeben.
7. Im Kauffen, Verkauffen, ꝛc betrügen.
8. Rechtes Gewicht, Maas, Ehlen, ꝛc. nicht geben.
9. Im Spielen betrüglich handlen.
10. Von Kindern, Dienstbotten ꝛc. Geschenck, sonderlich da es grosse Sachen, ohne Wissen ihrer Obern annehmen.
11. Dem Bettel nachgehen, da er sich mit seiner Arbeit ehrlich konte ernähren.
12. Steur, Zoll, Gült, Zinß untreulich zahlen.
13. Reichthum unmäßig begehren.
4. Ungerechte Contract machen.
15. Offentlich oder heimlichen Wucher treiben.
16. Andern das Ihre mit Gewalt nehmen.
17. Zeitliches Gut liederlich verschwenden.
18. In Gärten, Wäldern, Weinbergen Schaden thun.
19. Schulden aus Geitz nicht zahlen wollen.
20. Müntz verfälschen, beschneiden.
21. Geistliche Aemter, Pfründen ꝛc. kauffen.
22. Schand = wohlfeil kauffen.
23. Zu theur verkauffen.
24. Böse Waaren unter gute vermischen.

25. Unrecht Gut nicht erstatten.
26. Gestohlen Gut wissentlich kauffen, oder verkauffen, oder behalten.
27. Ubermarcken, Ackeren, Mähen, Pfälen.
28. Anderer Schäden, wo möglich, nicht wenden.
29. Sie an ihrem Gewinn verhinderen.
30. Untreulich arbeiten um gebührenden Lohn.
31. Gar zu eigennützig seyn.
32. Der Herrschaft Nutzen nicht beförderen.
33. Den Eltern etwas grosses nehmen.
34. Verlegene faule Waaren für gute verkauffen.
35. Heimlichen Gewinn für sich hinterhalten.
36. Wegen Borgens gar zu theur verkauffen.
37. Wegen vorhergehenden Bezahlung zu wohlfeil kauffen.

Das achte Gebott.

Du sollt kein falsche Zeugnuß geben.

1. Ungerechtes Urtheil fällen.
2. Unbillige Sach verthädigen.
3. Falsche Zeugnuß geben.
4. Anderer guten Leumuth nicht beschützen.
5. Ihr Thun und Lassen übel auslegen.
6. Anderst reden, als gedencken.
7. Verpetschierte Brief öfnen.
8. Böses gut, und Gutes bös heissen.
9. Schmeichlen und Fuchsschwäntzen.
10. Schlechtlich und obenhin loben.
11. Fälschlich anklagen.
12. Verschwätzen, verlügen.
13. In Ungunst bringen.

Das neunte und zehente Gebott.

Du sollt nicht begehren deines Nächsten Hausfrauen.

Du sollst nicht begehren deines Nächsten Gut.

Von diesen ist im sechsten und siebenden Gebott schon alles ausgeführt worden.

Von denen sieben Todsünden.

Hoffart.

1. Zu viel auf sich selbst halten.
2. Eigen Lob gern hören.
3. Wegen begangener Sünd sich rühmen.
4. Gern von seinen Sachen reden.
5. Zu grosses Wohlgefallen in Kleidern, Haaren, und dergleichen haben.
6. Sich besser als andere zu seyn vermeinen.
7. Mit Unwahrheit rühmen.
8. Den Nächsten verachten.
9. Gutes aus Gleißnerey verrichten.
10. Neue Manier der Kleider erfinden.
11. Niemand wollen nachgehen.
12. Die Zeit vor dem Spiegel verzehren.
13. Sein Adel, Geschlecht, Reichthum zu viel erheben.
14. Ehrgeitzig seyn.
15. Verachtung ungern leiden.
16. Straf und Ermahnung nicht annehmen.
17. In allem wollen recht haben.
18. Stützig und eigensinnig seyn.

19. Darfür halten, er habe dies oder jenes nicht von GOtt, sondern von sich selbsten.
20. Vermeinen, er hab dies oder jenes mit seinen Wercken von GOtt zu haben verdient.

Geitz.

1. Gar zu karg, und nüßig seyn.
2. GOttes, und seines eigenen Heils, wegen des Zeitlichen vergessen.
3. Den Dürftigen nicht helfen.
4. Die Kinder, aus Geitz, in Clöster schwätzen, oder nöthigen.
5. Schulden unstümmig einfordern.
6. Geld mit Lügen heraus schwätzen.
7. Taglöhnern ihren Lohn, ꝛc. unbillich abbrechen.

Unkeuschheit.

Von dieser ist oben im sechsten Gebott genug gesagt worden.

Neid.

1. Andere an ihrer Wohlfahrt verhindern.
2. Anderer Lob mit Unwillen hören.
3. Mißgünstig seyn.
4. Aus Neid hinterrucks verkleineren.

Fraß, und Füllerey.

1. Im Essen und Trincken gar zu zärtlich seyn.
2. Ueber die Nothdurft essen.
3. In die Wirthshäuser oft lauffen.
4. Sich volltrincken.
5. Geitzig hinein essen.
6. Andere vollfüllen, zum Volltrincken nöthigen.

Zorn

Zorn.

1. Ihme oder andern den Tod wünschen.
2. Sich selbst schlagen.
3. Den Teufel nennen und anruffen.
4. Zornige Wort brauchen.
5. Unwürsch, und ungedultig seyn.
6. Aus Zorn nicht wollen reden.
7. Unschuldige straffen.
8. Lang im Zorn verharren.
9. Vor Zorn laut schreyen.
10. Wider GOtt, und Heilige aus Zorn reden.

Trägheit.

1. In geistlichen Dingen faul seyn.
2. Gelegenheit zum Guten versaumen.
3. Gewöhnliches oder schuldiges Gebett hinläßig oder gar nicht verrichten.
4. Im Guten unbeständig seyn.
5. Dem Müßiggang, Schlaffen, Spielen, Faulentzen, Spatzieren, ꝛc. zu viel nachgehen.

Von den fremden Sünden.

1. Wissentlich zur Sünd rathen.
2. Etwas rathen, und nicht verstehen.
3. Böses durch Uebel rathen verursachen.
4. Heissen sündigen.
5. Zum Bösen zwingen.
6. Böses zu thun erlauben.
7. In die Sünd einwilligen.
8. Am Bösen ein Wohlgefallen haben.
9. Aergernuß von sich aus eigner Schuld geben.
10. Zur Sünd anreitzen.
11. Die Sünd loben.

12. Zur Sünd stillschweigen, lachen.
13. Darzu beherzt machen.
14. Von der Buß abhalten.
15. Böses nicht straffen.
16. Vom Bösen nicht abmahnen.
17. Vor Obrigkeit die Wahrheit verhalten.
18. Wissentlich laugnen, da er doch schuldig die Wahrheit zu sagen.
19. Die Sünd übersehen, nicht verhindern.
20. Gute Gesätz und Ordnung verachten.
21. Nach seiner Unterthanen Wandel wenig fragen.
22. Die Jugend übel auferziehen.
23. Zu unrechten Sachen helfen.
24. Anderer Sünden sich theilhaftig machen.
25. Etwas geben, verheissen, ꝛc. zum Schaden des Nächsten.
26. Lasterhafte Leut, als Ketzer, Rauber, Mörder, Dieb, ꝛc. beherbergen.
27. Ihnen Schutz halten, sie nicht anzeigen.
28. Die Justitz verhindern.

Etwelche sonderbare Erforschungen des Gewissens für unterschiedliche Ständ der Menschen gericht, und hieher gesetzt.

Erste Erforschung.

Für Obrigkeiten, Herrschaften, Richter, und Amt-Leut.

1. In Amts-Verwaltungen sich unbillich eintringen.

2. Unterthanen zu hart straffen, halten, regieren.
3. Anderer Zugehör mit Gewalt zu sich reissen.
4. Unbefügte Frondienst erfordern.
5. Felder, Aecker, Wißmad, Wänd, mit Reuten, Fahren, Jagen verderben.
6. Unnöthige Steur auflegen.
7. Untaugliche zu Aemtern befördern.
8. Der Unterthanen Schaden nicht fürkommen.
9. Unbilliche Sachen zulassen.
10. Recht, und Gerechtigkeit nicht Hand haben.
11. Unschuldige verdammen.
12. In andere Jurisdiction Eingrif thun.
13. Offentliche Sünd nicht straffen.
14. Geld für verdiente Leibs = Straf nehmen.
15. Aus Forcht, Geitz, Haß ꝛc. die Billichkeit nicht leisten.
16. Ob es gerechte, oder ungerechte Händel seyen, nicht fragen.
17. Dem Unschuldigen nicht Schutz halten.
18. Wittwen, Waisen, Arme unterdrucken.
19. Geistlicher Obrigkeit Gewalt, Eintrag thun.
20. Ehrgeitzig seyn.
21. Aemter um Geld verkauffen.
22. Unbarmhertzig und Rachgierig seyn.
23. Weeg, Gassen und Strassen nicht versichern.
24. Schädliche Statuta und Gesatz machen.
25. Rath, Hilf, und Fürschub darzu geben.
26. Unbilliche Beschwerden, Arbeit, ꝛc. auferladen.
27. Die Unterthanen schänden, schmähene schlagen, unterdrucken.
28. Sie hin und wieder schicken, und nicht belohnen.
29. Die Unterthanen schädigen um Unschuld.

30. Dieberey, Rauben, Stehlen nicht verhindern.
31. Geld von etlichen Unterthanen nehmen, damit ihnen kein Soldat einquartiert werde, und deshalben andern mehr Soldaten einlegen.
32. Wegen langem Spielen, Kurtzweil, ꝛc. die Unterthanen nicht fertigen, lang warten lassen, auf ein andermahl heissen kommen.
33. Blinde Rechnung machen, und die Herrschaft betrügen.
34. Von den Herrschafts-Gütern etwas zu eigenem Nutzen in sein Beutel einziehen, entfremden.
35. Der Herrschaft Güter, als Zehend, Mühlen, Höf, Wälder, Felder, Wiesen, Holtz, Wein ꝛc. geringer schätzen, und an sich kauffen, oder der Unterthanen Gunst dardurch suchen, und wohlfeiler ihnen zukommen lassen.
36. Des Herrn Gut, Traid, Wein ꝛc. theurer verkauffen, und es ihnen wohlfeiler verrechnen.
37. Guten Wein für sich behalten, und der Herrschaft den geringen, und schlechten darfür liefern.
38. An der Mauth mehr fordern, als sich gebührt, und den Rest für sich behalten, und stehlen.

Andere Erforschung.

Für Haupt-Leut, Befehlshaber, und gemeine Knecht, ꝛc.

1. In Durchzügen Gewalt üben.
2. Arme, und andere brandschätzen.

3. De-

3. Denen Knechten solches vergünstigen.
4. Geld, damit man nicht einlogire, nehmen.
5. Mehr Sold, als ihm gebühret, empfangen.
6. Blinde Lucken machen.
7. Gottlose Soldaten nicht straffen.
8. Einander auf Leib und Leben forderen.
9. Solchen Kampf eingehen.
10. Gutheissen, helfen, zuschauen, Ort darzu geben.
11. Böse Meinung in Krieg haben, als zu rauben.
12. Des Feinds Ort ohn Befehl ausplünderen.
13. Gottshäuser, und Geistliche berauben.
14. Meineidig an seinen Obristen werden.
15. Gefangene Feind zu hoch ranzioniren.
16. Sie zu grausam peinigen.
17. Menschlich Blut, Saamen ꝛc. an geweyhten Orten vergiessen.
18. Verrätherey machen.
19. Gräber öffnen und plünderen,
20. Häuser, Städel ꝛc. in Brand stecken.
21. Heimlichen Verstand mit dem Feind haben.
22. Aufruhr und Rebellion erwecken.
23. Dem Feind ohne Noth ein Ort übergeben.
24. Von Baurs-Leuten, neben der Unterhaltung Geld heraus pressen.
25. Die arme Leut schlagen, schänden, schmähen.
26. Im Land herum ziehen, Geld einforderen, oder mit Einquartierung drohen.
27. Weiber mit sich herum führen, als wären sie ihre Eheweiber, und sich doch nicht wollen mit ihnen verheurathen.
28. Seegen, Brief ꝛc. haben, am Hals tragen, für Hauen, schiessen, ꝛc.

29. In der Musterung andere Leuth, die nicht geschriebne Soldaten, darstellen, und den Sold für sich selbst empfangen, diese aber wieder lauffen lassen.
30. Den Soldaten ihren Sold aufhalten, und an sich ziehen.
31. Die Soldaten auf Beut und Raub ausschicken, und von ihnen Geschenck annehmen.
32. In Freunds-Land den Wein verderben, den Fässeren die Boden einschlagen; Stroh, Früchten auf die Gassen streuen, verderben; Häuser abbrechen, zerhauen, anzünden, Fenster einschlagen. Es wäre dann dem nachsetzenden Feind dardurch ein Abbruch zu thun, ꝛc.

Dritte Erforschung.

Für die Eheleut.

1. Winckel-Heurath machen.
2. Vor Christlicher Zusammengebung sündigen.
3. Einander küssen, berühren mit Gefahr einer Befleckung.
4. Mit verlobter Keuschheit heurathen.
5. Eheliche Pflicht einander ohne Ursach versagen.
6. In Ehelichen Wercken ihme andere einbilden.
7. Eheliche Werck unziemlich wieder die Natur brauchen.
8. In offentlichem oder heimlichen Ehebruch leben.
9. Eheliche Pflicht, mit Gelübd der Keuschheit begehren.
10. Mit des anderen Blut-Freund sündigen.
11. Einer anderen zu Lebzeiten der ersten, die Ehe versprechen.

12. Aus eignem Gewalt sich scheiden.
13. In Gebotten GOttes einander verhindern.
14. In Kranckheit einander verlassen.
15. Grosse Sachen, ohne Vorwissen des Manns verschencken.
16. In geistlichem Bann, ꝛc. Todsünd ꝛc. heyrathen.
17. Frucht durch Tränck ꝛc. von sich treiben.
18. Unfruchtbarkeit machen.
19. Empfängnuß mit Fleiß verhinderen.
20. Leichtlich eifern.
21. Sein Ehe-Genossen zu hart halten.
22. Der Haus-Sorg wenig nachfragen.
23. In verbottenem Grad ohne Dispensation heurathen.

Vierte Erforschung.

Für Kramer, Kauf- und Handels-Leut.

1. Im Kaufen und Verkaufen, ꝛc. betrügen.
2. Rechts Gewicht, Maaß, Ehlen nicht geben.
3. Zu theur verkaufen.
4. Böse Waar unter gute vermischen.
5. Verlegene, faule Waar für gute verkaufen.
6. Wegen Borgens gar zu theur verkaufen.
7. Da man Woll, oder andere Waaren feucht machet, oder an feuchtes Ort leget, damit es schwerer werde.
8. Falsches Geld einnehmen, und für gutes wiederum ausgeben.
9. Da man einige Waar fälschlich lobet, darfür schwöret, ꝛc.

Fünfte Erforschung.

Für die Wirth und Gastgeben, ꝛc.

1. Gar zu theure Zech machen.
2. Mehr auffschreiben, als die Gäst verzehrt.
3. Kein rechte Maaß geben, oder geringere brauchen.
4. Bier, Wein, ꝛc. zu theur verkaufen.
5. Wein, Bier ꝛc. mit Wasser mischen.
6. Mit doppleter Kreiden auf einmahl 2. Maaß für eine schreiben.
7. Schlechteren, und geringeren Wein, unter den guten vermischen, und eben so theur zahlen lassen, als den guten.
8. Im Anfang guten Wein, darnach allgemach einen schlimmen auftragen, ihne aber auch für guten bezahlen lassen.
9. Sich zu denen Gästen ungeladen setzen, mithalten, essen, trincken, und sie allein zahlen lassen, ꝛc sie wären dann von ihnen aus gutem Willen beruffen.
10. Ihme von Gästen vertraute Sachen aufhalten wollen, oder laugnen, daß er es empfangen, ꝛc.
11. Den Betrug, so ihm von bösen Gästen geschehen, von andern unschuldigen Gästen wiederum herein bringen mit zu viel rechnen, ꝛc.
12. Die Gäst mit Fleiß wollen truncken machen.
13. Den Wein mit solchen Stucken mischen, daß einer gleich darvon truncken wird.
14. Aufs neue Wein hohlen lassen, wann die Kant noch halb voll ist.

15. Seine Schulden also zahlen wollen, daß sie bey ihme mit zechen, und trincken richtig gemacht werden, und er also umsonst mittrincke.
16. Verbottene Speis vorsetzen, und auftragen lassen an denen Fasttägen.
17. Von Meß, Predig, ꝛc. am Feyrtag die Gäst abhalten, und darunter das Fressen, Trincken, Spielen ꝛc. gestatten.
18. Seine Gäst vom fluchen, schelten, garstigen Reden, zäncken, nachreden, schändlichem singen, ꝛc. da er wohl könte, nicht abhalten.
19. Die Gäst durch ihre Mägd lassen schlaffen führen, und also zur Hurerey Platz machen.
20. Die Gäst trincken lassen bis zur halben Nacht; oder noch weiter hinein, ꝛc. mit Gefahr, ꝛc.

Sechste Erforschung.

Für die Bauren-Richter, Vögt, Pfleger, und Amt-Leut.

1. Wegen Geschänck, aus Haß, ꝛc. falsches Urtheil fällen.
2. In Abtheilung der Erbschaften, Güter unter den Erben, wider alle Billigkeit, einem ab, dem anderen zulegen.
3. Das Recht mit List, falsch, und Betrug verhinderen, oder aufziehen, biegen ꝛc.
4. Brief- und Schriften ihrer Herrschaft fälschlich auslegen, und grob darwider handlen.
5. Geschehene Schäden in Felderen zum Nachtheil der Unterthanen, gar zu gering schätzen.
6. In Satzungen, nicht einem jeden seinem Ver-

mögen nach auflegen, sondern dem Armen so viel, oder auch mehr als dem Reichen.

7. Von Contribution und Schweiß der Armen nehmen, und mit seines gleichen Geldpresseren vertrincken.

8. In Wirths-Häuseren viel verzehren, und zur Gemeinzech lassen aufschreiben.

9. Dem Wirth den Wein höher schätzen. als er werth ist, damit er umsonst bey ihme trincken könne.

10. Ursachen mit Fleiß suchen, einen Unschuldigen in die Spring zu bringen; im Wirths-Haus auf ihn trincken, ihme alles zu zahlen auferlegen.

11. Mit Geld-Straffen gar hart, und wider Billichkeit verfahren.

12. In Kirchen-Rechnungen, Mahlzeiten anstellen, und vom Kirchen-Geld zehren, und trincken.

13. Sentenz, und Ausspruch mit Fleiß aufziehen, und verstrecken, und bey den Partheyen den Unkosten mehren.

14. Wissentlich gestohlenes Gut confiscieren, und verzehren, da ihnen doch wissend, wem es von Rechts wegen zuzustellen.

15. Fried machen und darauf trincken, also daß beede, auch der Unschuldige, soll zahlen helfen ꝛc.

Siebente Erforschung.

Für Advocaten.

1. Ungerechte Sachen wissentlich annehmen, und verthätigen.

2. Fal-

2. Falsche Testamenta, Jura, und Instrumenta, in ihrem Brief beybringen.
3. Einen rechten Handel, aus grober Unwissenheit und Saumseligkeit, den Partheyen verliehren
4. Beeden Partheyen helfen, ein und anderen wider sie, heimlich informieren.
5. Streit-Sachen mit Fleiß, aus Geitz, lang aufhalten, und prolongieren, mit Schaden der Partheyen.
6. Mehr Lohn forderen, als billich, und seine Clientes aussagen.
7. Arme Leut, wo sie nicht schmieren, lang aufhalten, oder sich vor ihnen verlaugnen.
8. Wegen erhaltenen Rechts, etwas groß über die Gebühr, für ein Verehrung hergus pressen.

Achte Erforschung.

Für die Vormunder, ꝛc.

1. Der Pupillen Verlassenschaft zu ihrem eignen Nutzen und Vortheil anwenden.
2. Ihnen das ihrige mit Schaden verkaufen ꝛc. unnutzlich anlegen.
3. Fahrende, und liegende Güter verderben lassen.
4. Mit der Pupillen Zinß-Geld, oder Capital, Wucher treiben, auch mit ihren Nutzen und Vortheil.
5. Ihre Pfleg-Kinder von Sünden nicht abhalten, zur Tugend und Frommkeit nicht unterrichten, versaumen ꝛc.

Neunte Erforschung.

Für Herren, und Frauen.

1. Für ihr Haus-Gesind nicht Sorg tragen, damit sie die Gebott GOttes und der Kirchen halten.
2. Die Dienstbotten an Meß, Predig, Kinder-Lehr, Beicht, Communion ꝛc. ohne Ursach abhalten.
3. Ihnen das Schelten, Fluchen, Wünschen, Buhlen, Unzucht, Trincken, Spielen ꝛc nicht verwehren.
4. Zanck, Hader und Uneinigkeit unter dem Haus-Gesind, item Zorn, Neid und Haß nicht abstellen, durch die Finger sehen.
5. Die Dienstbotten mit rauhen Worten, ohne ihre Schuld antasten, Nachnahmen geben.
6. Zulassen, daß sie einem jeden bößlich und übel nachreden.
7. Sie lassen faullentzen, müßig gehen, und die Zeit übel zubringen.
8. Ihrem Haus-Gesind böses Exempel geben, und sie ärgeren.
9. Den verdienten Lidlohn, ohne ihre Schuld, ihnen inbehalten, oder gar nicht zu seiner Zeit reichen.
10. Sie lassen Mangel leiden, an nothwendiger Kost, Speis und Tranck, aus Geitz und Kargheit.
11. So ein Diener, oder Dienstmensch in Unzucht gerathen, solche dannoch in dem Haus leiden.
12. Krancke Diener und Dienerinnen fluchs aus dem Haus stossen ꝛc. ist gar unchristlich.

Zehen-

Zehente Erforschung.

Für die Dienstborten.

1. Ihre Herrschaften, Herren, Frauen nicht ehren, nicht lieben, ihnen nicht gehorsamen, ihnen untreu seyn.
2. Verdrüßig ab ihrem Dienst, Arbeit, und Beruf seyn, unwillig arbeiten, alles schlauderisch verrichten.
3. Murren wider sein Herrschaft, ihnen übel nachreden, fluchen, sie verspotten.
4. Der Herrschaft gute Meinungen nicht wollen annehmen.
5. Heimlich Wein, Brod, Schmaltz, ꝛc auch mit Hilf oder Erlaubnuß der Kinder, stehlen.
6. Denen Armen, ihren nothleidenden Eltern ꝛc. von der Herrschaft Brod, Mehl, Fleisch, Kertzen ꝛc. heimlich ohne Erlaubnuß zutragen, und schencken.
7. Auf einmahl wenig, aber alle Tag, Wochen, etwas ꝛc. abtragen
8. Etwas aus grosser Hinläßigkeit verwahrlosen, mit grossem Schaden der Herrschaft.
9. Unfleißig arbeiten, und seinen Lohn dannoch wollen einnehmen.
10. In das Haus einkauffen, und vom Geld etwas innbehalten.
11. Viel aus dem Haus, und darein von andern schwätzen, dardurch Zanck und Uneinigkeit machen.
12. Einander falsch bey Herrn und Frauen antragen, und verlügen.

13. Einander mißgünstig und neidig seyn, besser wollen bey der Herrschaft daran seyn, als andere.
14. Sich bey Herrn, und Frauen mit Lügen, Fuchsschwänzen, betrüglich einflicken.

Examen succinctius.

Circa I. Præceptum.

1. An non in rebus Fidei hæsitaverit, vel aliquem articulum omnino negaverit?
2. An non diffidentiam aliquam aut pusillanimitatem contra bonitatem Divinam admiserit?
3. An non adversa animo impatienti, & Divinæ Voluntati parum conformato exceperit?
4. An non contra Religionem, & honorem Deo debitum Res Divinas aut Sacras irreverenter tractarit?
5. An non preces suas cum culpabili distractione ac irreverentia peregerit, præcipue eas, ad quas tenebatur?
6. An non Sacramenta sine debita præparatione, reverentia ac fructu susceperit?
7. An non in cultu Divino & obsequio tepidus, & inconstans extiterit?
8. An non aliquo superstitionis genere DEUM, & Sanctos offenderit?

Circa II. Præceptum.

9. An non DEUM vel Sanctos blasphemarit?
10. An non temerario quodam modo juramento, vel perjurio offenderit?

11. An non votum aliquod DEO, aut Sanctis oblatum transgressus sit?

Circa III. Præceptum.

12. An non dies festivos violaverit faciendo, vel mandando opera servilia sine debita causa?
13. An neglexerit audire Missam integram diebus festivis, vel aliis causam dederit negligendi?
14. An per notabile tempus sub Missa fuerit voluntarie aut culpabiliter distractus?
15. An debito tempore & modo jejunia observarit?

Circa IV. Præceptum.

16. An Superioribus suis, vel Parentibus debitam reverentiam exhibuerit?
17. An superiorum mandata licita transgressus fuerit?
18. An de Superiorum suorum vitiis, & ordinationibus murmurarit?

Circa V. Præceptum.

19. An proximum suum cogitatione, id est, odio, invidia, suspicione, vel judicio temerario offenderit?
20. An eundem læserit verbo, hoc est, maledictione, inhonestis agnominibus, irrisione, subsannatione, murmuratione, detractione, mordacibus aut asperis dictis, consilio, jussione, laudatione, seminatione discordiarum.
21. An opere aliquid contra eundem admiserit, hoc est, plus æquo iratus fuerit, correxerit, percusserit, vulnerarit, occiderit, damnum in fortunis intulerit, inhonorarit, scandalizarit?

22. An domesticos suos non neglexerit, debitam sustentationem, educationem, correctionem negligendo ?

23. An non immoderato cibo vel potu sibi ipsi damnum intulerit, vel omnino inebriando usu rationis privaverit, aut alios ad ebrietatem hortando, vel cogendo vel præeundo incitarit?

Circa VI. Præceptum.

24. An cogitationes impuras voluntarie accersiverit, vel cum morosa delectatione iisdem inhæserit, aut consensum dederit ?

25. An verba lasciva cum delectatione, aut voluntate, aut scandalo protulerit ?

26. An opere ipso contra castitatem peccarit, hoc est, litteris amatoriis, osculis, tactibus, copula, mollitie, aut alio vitio contra naturam ?

27. An fidem conjugii servaverit ?

Circa VII. Præceptum.

28. An habuerit voluntatem determinatam accipiendi injuste, vel retinendi ?

29. An actu aliquid abstulerit, & quantum ?

30. An rem aliquam retineat sine voluntate Domini : aut restitutionem, ad quam sub mortali obligatur, neglexerit ?

31. An emendo vel vendendo fraudem commiserit ?

32. An usuram vel simoniam patrarit?

33. An lusu immoderato aut injusto peccarit ?

34. An auxilio aut alia ratione ad furtum vel rapinam cooperatus sit ?

Circa VIII. Præceptum.

35. An mendacium jocosum, vel perniciosum dixerit ?

36. An promissum aliquod implere neglexerit ?
37. An alteri falso corde adulatus sit ? *Lohner in convers. Apost.*

Ad facilitandas Confessionum exceptiones annecto earum materias magis obvias.

§. I. De furto in genere.

FUrtum ex genere suo est peccatum grave, licet quandoque parvitas rei furto ablatæ excuset a mortali. Quænam autem quantitas sufficiat ad constituendum peccatum mortale, prudentis arbitrio definienda est, non solum ex quantitate rei, sed etiam ex circumstantiis personæ per furtum læsæ, temporis, locorum &c. *Laymann. l. 3. tr. 3. Reiffenstuhl tr. 9. dist. 5. n. 7.* Notabilis tamen quantitas censetur, si auferatur Regi, aut homini prædiviti unus duggatus, respectu mediocriter divitum, si unus florenus, respectu Mechanicorum, si medius florenus, respectu pauperis 15. vel 18. crucigeri, vel juxta *Laymann l. cit.* si tot auferatur, quot in unum diem sufficiat ad victum hominis; cum ergo auferantur ab operario tres vel quatuor pazii, a mendico pauculi nummi, esse peccatum grave, eo quod tales uno die se utcunque alere potuissent.

§. II.

§. II. De furto Uxoris.

DE paraphernalibus, seu bonis ultra dotem allatis, uti ex aliis, ex hæreditate, donatione, propria industria, familiæ non debita, nec nociva acquisitis habet uxor de Jure communi plenum dominium, & administrationem, nisi consuetudo aliter habeat. *Gobat in quin. tr. 6. c. 24. n. 26.* Peccat ergo uxor solum peccato furti, si notabilem quantitatem marito rationabiliter invito surripit de bonis mariti. Hæc autem quantitas judicio prudentis spectato statu, opibus, &c. dijudicanda est. *Reiffenstubl tr. 9. de Præcept. Decal.* In hujusmodi enim furtis major requiritur quantitas, quam in aliis. Excusatur insuper uxor a peccato, & consequenter a restitutione. 1. Si maritus rogatus facile condonaret. 2. Si accipiat ad damnum in extrema, vel gravi necessitate proximi, & a fortiori, si ejus Pater, vel Mater indigeat, aut proles suscepta ex alio matrimonio, imo frater & soror, tunc enim, si maritus nolit ipsis succurrere, id potest uxor ex bonis communibus. Tenebitur vero uxor, si notabiliter in hæc expenderit, id accipere in suam partem, licet oppositum si probabile. *D. Abreu l. 3. c. 10. 3.* Si Pater filio ad Studia misso non suppeditaret necessaria secundum statum, posset eadem occulte ex bonis mariti, seu ex communibus, si adsint, mittere. *De Lugo apud Reiffenstubl.* 4. Potest uxor accipere ad faciendas eleemosynas, donationes secundum consuetudinem aliarum mulierum suæ con-

conditionis. 5. Ad impediendum damnum mariti, ſive temporale, ſive ſpirituale dare eleemoſinas, vel curare ſacra dici. 6. Si accipiat pro rebus familiæ, vel ſibi neceſſariis, ut pro veſtibus, victu, medicamentis. 7. Si maritus ſit amens, quia tunc adminiſtratio ad illam devolvitur, & idem ſit maritus abſens. Si maritus bona diſſipet, poteſt clam ſurripere, ut expendat eum familia, cujus curam maritus non habet.

§. III. De furto Filii familias.

Filius peccat graviter peccato furti, ſi invito Patre notabilem quantitatem ſurripiat de bonis paternis, atque ſub eodem obligatur reſtituere aut ipſam rem ablatam, ſi exiſtat, aut æquivalens ex bonis propriis, ſi habeat, aut poſtea deducere in diviſionem cum fratribus; a quo tamen excuſatur, ſi fratres ſimiliter furati ſunt, aut remittunt: Aut ipſe pater condonavit, vel probabiliter putatur fuiſſe condonaturus, ſi fuiſſet rogatus a filio, qui præ verecundia rogare non eſt auſus, & ſumma non excedat id, de quo pater diſponere poteſt ſine præjudicio aliorum filiorum, utpote ſine diminutione portionis legitimæ.

Ad furtum tamen filii, & obligationem reſtituendi multo major requiritur quantitas, quam in furtis extraneorum. Hæc autem quantitas a Confeſſario arbitrari debet non ſolum ex materia ablata, ſed etiam ex circumſtantiis, videlicet ex ſtatu, & facultatibus parentum, genio, & affectu in filium, ex filiorum pluralitate, vel

pau-

paucitate, & filii accipientis ætate, & rei acceptæ uſu. Unde ſi filius accipiat duos vel tres duggatos a Parente divite non ſtatim putandum eſt peccaſſe mortaliter, ſecus ſi a Patre mechanico, vel cui res anguſta. *Sporer*, *Reiffenſtuhl*, *La Croix*.

An vero filio in domo paterna laboranti debeatur ſalarium, & poſſit ſibi illud occulte compenſare, ſi negetur, vel ſi pudeat petere, duplex eſt ſententia. Salarium deberi putant plures *apud La Croix l. 3. p. 1. n. 1034.* Alii econtra negant. 1. Ex eo, quod conſuetudinis non ſit, ut filius ſalarium exigat. 2. Si ſalarium petat, Pater poſſet juſte ſubtrahere ei victum & veſtitum. 3. Poteſt Salarium compenſari per ſuſtentationem.

§. IV. De furtis Domeſticorum.

SErvi & Ancillæ notabilem quantitatem ſurripientes de bonis Domini, committunt furtum mortale; iterum tamen majori aliquanto quantitate requiſita, quam in furtis extraneorum. Quoad quantitatem certa regula aſſignari non poteſt, ſed a Confeſſario prudenter ex circumſtantiis perpendi debet, maxime Domini opulentia, tenacitate, largitate; minor etiam quantitas ſufficit in furto notabili ſimul facto, quam in furtis minutis juxta dicenda de furtis minutis. Quoad eſculenta, & poculenta reſidua ordinaria, ſi ancilla ſæpe ſubtrahat, ſibique moderate uſurpet, non peccat graviter, nec tenetur ad reſtitutionem, non vero recens comparata, quamvis &

in

in hoc casu, nisi frequens sit subtractio, peccatum mortale non tam facile committitur, præsertim, si ancillæ, aliisque domesticis victus tam parce subministretur. Dixi ordinaria; nam quæ preciosa sunt, & acurate concludi, mensæque alteri reservari solent, si sæpius, & in notabili quantitate usurpentur, peccatum grave esse, & obligationem restitutionis, tenent plures apud Zettel. *p. instruct. 6. q. 1.*

Ancilla graviter non peccat, & ad restitutionem sub gravi non tenetur, si residua esculenta ordinaria in pauperes; aut alias personas distribuat, quarum opera subinde in negotiis domesticis adjuvatur; econtra peccat graviter, & ad restitutionem tenetur damnorum, si aliis extraneis liberaliter donet, & a fortiori, si vendat esculenta & poculenta. Dixi liberaliter; nam si raro, & in modica quantitate id fiat, graviter non peccavit. *Zettel. l. cit.* Si ancilla descendat in cellam vinariam, & furtive adimpleat vas continens duas mensuras, & asportet, & sic duas mensuras per mensem ebibat quotidie, peccat graviter, adeoque ad restitutionem tenetur. *Sporer tr. 5. c. 5. n. 1.* Servus pistoris, qui similagines pro aliquot florenis per annum clam comedit, peccat graviter, adeoque ad restitutionem obligandus. *La Croix.*

Famuli, & famulæ, quibus cura specialis domus, aut rei familiaris, cellæ, granarii, culinæ, horrei, &c. commissa est, eo ipso ex officio, adeoque ex Justitia, & sub onere restitutionis tenentur impedire damna, furta, &c. sive ab extra-

traneis, ſive a domeſticis inferenda *Sporer n. 56.* Imo quoties famulo, vel ancillæ Dominus, vel Domina aliquid ex loco clauſo, cubiculo, ciſta cellaria tradit, ſimul iis tacite committit cuſtodiam loci, & rerum ibi ſervandarum, tenet Communiſſima apud *Sporer*. Alios autem famulos, & ancillas, quibus ejusmodi cura demandata non eſt, non peccare mortaliter contra juſtitiam, non impediendo, ne damna inferantur a extraneis Domino, tenent *Molina, Azorius, & alii apud Bonacinam diſp. 1. p. 2. punct. 11. Contrarium eſt probabilius.*

Si vero non impediant furta domeſticorum, vel conſervorum, cum facile poſſent, peccabunt ſolum contra charitatem.

ANNOTATIO.

AB obligatione reſtitutionis ſæpiſſime domeſtici exculantur per impotentiam, etſi absque magna difficultate reſtituere non poſſunt, præcipiat eis Confeſſarius, ut extraordinariis ſervitiis, officiis, laboribus, &c. compenſare ſtudeant. *Commun.*

§. V. De furtis minutis.

QUando quis ab eodem plures parvas quantitates pecuniæ aufert, ita, ut inter unam vel alteram ablationem breve temporis ſpatium intercedat, eandem quantitatem, licet ſucceſſive ablatam, ſufficere ad peccatum mortale, quæ ſufficit, ſi ablata eſt ſimul. *Commun.*

Quod ſi vero ablationes parvæ fiant eidem

cum

cum interpolatione, v. g. unius anni, ad peccatum grave, & restitutionis obligationem gravem requiritur major quantitas. Rem declaro exemplo.

Si Titius florenum civi honesto auferat, (uti interim suppono) constituit quantitatem gravem, & sic auferendo florenum peccavit graviter, & tenetur sub gravi ad restitutionem, posito vero, quod Titius spatio unius anni per modicas acceptiones subtraxerit civi florenum, necdum peccavit graviter, neque sub gravi tenetur ad restitutionem, quia juxta dicta major requiritur quantitas; ad hoc ergo, ut peccet graviter, & sub gravi obligetur ad restitutionem, debet auferre florenum cum dimidio. Tandem si Titius auferat civi per minuta furta florenum cum dimidio, & intercedat interpolatio duorum annorum, vel pluriúm, nec dum peccavit graviter, & sub gravi non tenetur ad restitutionem, quia in furtis successivis, si intercedat interpolatio duorum vel plurium annorum, requiritur quantitas duplo major, scilicet duo floreni. Imo tanta poterit esse temporis interpolatio, ut unum furtulum cum altero neutiquam conjungatur, si scilicet spatium unius anni inter quodlibet interveniisset. *La Croix.* 1011.

Notandum insuper quoad restitutionem Titium in posito casu non teneri restituere totam summam ablatam sub peccato gravi, sed satisfacit, si restituat illam quantitatem parvam, puta unum vel alterum denarium, quo prius furtum grave complevit *La Croix* l. 3. *p.* 1. *n.* 49.

Zettel p. 1. instruct. 6. n. 23. cum pluribus contra alios. Abſit tamen, ut hanc praxin ullus Confeſſariorum conſulat.

Si auferens plures res leves per furta minuta non habuit intentionem diteſcendi, nec ullam fecit in auferendo reflexionem, quod concreſcant furta hæc antecedentia & ſubſequentia ex parte objecti, ſeu materiæ ablatæ in ſummam notabilem, tunc talis auferendo non peccavit graviter, tenetur tamen ad reſtitutionem, ſaltem ſi res illa coaleſcens adhuc exiſtat in ſpecie, vel in æquivalenti, id eſt, ſi inde factus eſt ditior. *Sporer tr. 5. in Decal. 55. ſect. 2. §. 3. n. 40. Reiffenſtuhl tr. 9. diſt. 5. in præced. Decal. q. 2.*

Si vero committens plura furta minuta habuit intentionem eadem continuandi usque ad materiam gravem, in quolibet parvo furto committit peccatum grave ratione voluntatis graviter damnificandi proximum. *Communis*, mitius Leſſius cenſens unum tantum committi peccatum.

Parva furta coaleſcunt, etiamſi fiant in diverſis negotiis, uti ſi fraudes Titium ſemel venditione, ſemel furando &c. *La Croix n.* 1008.

De furtis diverſis factis, vide de Caupone.

ANNOTATIO.

COnfeſſarii non facile in furtis etiam minutis, & quæ ad peccatum mortale non pertingunt, diſſimulent, ſed pro conditione, & pro capacitate perſonarum ſemper aliquam reſtitutionem injungant, quæ fiat, vel tradendo rem

can-

eandem, si extat; vel ejusdem speciei, vel pretium rei, vel compensando majore obsequio, quàm ex contractu teneantur; vel si creditoribus non possunt, conferendo tantum in pauperes. *Lessius.*

§. VI. De furtis Cauponis.

CAupo utens mensuris diminutis, vel vinum sophisticatum, & varie mixtum vendens vel pretio excessivo, duplici utens creta &c. & sic per minuta furta intendens ditescere, aut quantitatem notabilem congerere, peccat graviter, teneturque sub gravi ad restitutionem. Major tamen etiam requiritur quantitas, si plura furta minuta, ut in posito casu, diversis fiant, quam si eidem. Molina apud Sporer. *tr.* 5. *sect.* 3. *n.* 44. determinat duplo, vel adhuc majorem quantitatem requiri in furtis diversis Dominis, quam uni factis. Laymann excusat aliquando eum, qui a triginta Mercatoribus singulas bazios auferet, etsi uni ablati sine dubio mortalis quantitas esset. Sanchez apud Reiffenstuhl putat, si auferatur a pluribus, qui unam communitatem constituunt, unum aureum sufficere ad peccatum mortale.

ANNOTATIO.

CAupo illata damna majori mensura, aut potu meliori vel simili modo hospitibus, & quibus damnum intulit, compenset; si istud commode fieri non possit, iniqua parta in pauperes & causas pias distribuat. *Comm.*

§. VII. De furtis Lignatoris.

Clvis vel rusticus moderate scindens ligna in sylva proprii oppidi, communitatis (eadem est ratio de pascuis) non peccat graviter, & sub gravi ad restitutionem non tenetur. *Ita Comm.*

Neque ligans in sylvis non propriæ, sed alienæ communitatis v. g. vicinæ (eadem ratio de pascuis) excipe, nisi sylvis, pascuis, sive propriæ, sive vicinæ communitatis grave aut notabile damnum inferatur.

Porro quænam quantitas requiratur, variant AA. Molina requirit damnum extraordinarium, illud autem prudentis judicio & arbitrio, nec non attentis circumstantiis judicandum esse. Lopez apud Zettel rusticum peccare graviter, quando insigne dat damnum, unde aliis incolis malum notabile proveniat: Secus etiam illum non obligat ad restitutionem, qui ad domum fabricandum ligna grassiora subtrahit. *Sanchez. Henriq. apud La Croix. n. 356.* non fore peccatum in dies scindere unam sarcinam ad comburendum, quamvis scindens sit dives, qui possit emere, dummodo non scindat arbores, sed ramos; item non fore peccatum scindere singulis septimanis duas sarcinas ad vendendum.

Lignans in sylva spectante ad privatum, tenetur reparare totum damnum, etiam tunc, si communitas alicui privato elocarit sylvam alioquin communem. *La Croix l. cit.*

Est tamen Sententia probabilis apud Zettel *p. 2. instruct. 3. de obligat. rust. n. 44.* non peccare graviter

viter lignantem moderate in ſylva etiam ſpectante ad perſonam particularem (idem de paſcuis) dicta porro procedunt de ſylvis, & paſcuis apertis, non de circumſeptis.

ANNOTATIO.

QUæ de lignatoribus dicta, ſupra tectum ne vulges : Examina circumſtantias, & circumſtantiam perſonarum : ſi poſſint aliquam damni reparationem facere, vult Molina, ut perſuadeas; & merito, quia præſtat ſequi tutiora. Quod ſi pœnitenti nimis difficile id accidat, abſolve, quin ad ullam damni reparationem obliges; aliqua tamen bona opera quaſi reſtitutionis loco injunge. *Zettel.*

§. VIII. De Cooperantibus ad damnum.

MOdi ſunt novem, quibus damno alieno cooperamur. 1. *jubendo*, *mandando*. Nomine juſſionis intelligitur, qui damnum aut expreſſe, aut tacite, dicto nempe vel facto mandat inferri; non tamen tenetur ad reſtitutionem, qui ratum tantum habet opus ſuo nomine factum, neque mandans, quando revocat verbis, litteris, vel internuncio ſuum mandatum ante executionem damni, idque mandatario innoteſcat. 2. *Conſulendo*. Nomine Conſilii venit, qui ſuaſit damnum inferri; vel ita hortatus eſt, ut alter inde motus damnum dederit, Conſulens tenetur ad reſtitutionem damni ſuo conſilio efficaci illati, non obſtante, quod ante factum revocaverit conſilium. Comm. apud Spo-

rer. Mitius aliqui apud Buſſenbaum excuſantes a reſtitutione Conſulentem, ſi ante executionem conſilium ſuum retractet, & quantum poteſt, contrarium ſuadeat, etſi non perſuadeat, maxime ſi eum, cui damnum paratur, moneat, ut caveat. 3. *Conſentiendo.* Nomine conſenſus, qui approbat, vel ſuffragatur damno inferendo, & eſt cauſa efficax. 4. *Palpando.* Nomine palpantis, qui laude, adulatione, vel exprobratione ignaviæ, aliterve alium ad damnum inferendum excitat, animat. 5. *Præbendo recurſum.* Nomine recurſus, qui facultatem, occaſionem, patrocinium offert damnificanti, qui rem ipſam furtivam recipit celandi cauſa: Quare peccant Caupones, qui a Filiisfamilias acceptant pecunias, aliasve res ſurreptas ad tales prodigendas. 6. *Participando.* Nomine participantis, qui alteri ad damnum inferendum quocunque auxilio, vel conſilio præſtito formaliter cooperatur, uti ſunt, qui furem juvant fores effringere; qui ſcalam applicat, exploratorem agit. Faber ferrarius ſubminiſtrans clavem, præſertim univerſalem ad furandum, qui aſportat rem alienam &c. 7. *Non obſtando, non clamando, non manifeſtando.* Nomine obſtantis &c. qui, cum verbo, ſcripto opere damnum impedire poſſent, & ratione officii, & pacti ex juſtitia impedire deberent, dolo, vel negligentia intermittunt. Supradicti non tenentur ad reſtitutionem, quando non fuerunt cauſa efficax damni, imo probabile eſt, etiam deobligari a reſtitutione, ſi non morali-

ter

ter certum eorum mandatum, consilium efficaciter influxisse: Quia in dubio melior est conditio possidentis, *Bussenbaum.*

§. IX. De pretio Mercium.

PRetium der Kauffschilling, quod definitur esse id, quod ab emptore venditori promittitur pro merce, aliud dicitur justum, aliud injustum: *Justum* est, quod attentis circumstantiis hic & nunc æquivalet rei venditæ: Si illud a lege statutum, aut Magistratu taxatum est, dicitur legitimum vel legale, & est indivisibiliter, ita ut absque injustitia a contrahentibus augeri, vel minui nequeat, nisi sit evitenter injustum: Sic in multis locis taxatur pretium panis, vini, carnis &c. Si non est dicto modo taxatum, sed considerata rerum natura, utilitate, vel necessitate, abundantia, penuria, ipsa hominum affectione, vel expensis in mercem factis mensuratur, vocatur naturale vel vulgare, neque consistit in indivisibili, sed habet quandam latitudinem; videlicet summum, der höchste Preiß oder Anschlag, medium der Mittlere, infimum der geringste Preiß; e. g. Si pretium summum conferentur esse decem floreni juxta *Engel*, medium constitueret novem & infimum octo. Eodem modo juxta *Molinam apud Sporer*, si pretium summum sint centum & quinque floreni, medium esse centum, & infimum nonaginta quinque. Si pretium medium sint decem, summum fore undecim cum dimidio, & infimum novem vel octo cum dimidio, juxta *Alex, apud Matthæucci*, si ulna panni habeat pro

pretio ſummo decem aureos, pro medio octo, pro infimo ſex. Juxta *Palao apud Zettel*, ſi merx ſit talis, cujus pretium ſummum reputatur ce.Te centum quinquaginta floreni, medium erunt centum, & infimum quinquaginta floreni. Verum hæc diſtantia videtur merito nimia. *Sporer* putat ſtandum eſſe judicio Prudentum, ſecundum circumſtantias fori, & communem ſenſum Negotiatorum. Eodem modo *Reiffenſtubl.*

Juxta aliquos, quos citat, & ſequitur *Eſcobar*, *Corro apud Tamburin.* explicat, *Decal. l. 8. tr. 3.* & *Carella*, excuſantur a reſtitutione & gravi noxa, qui in contractibus emptionis, venditionis, locationis, conductionis &c. aliis damnum intulerunt, emendo viliori, vendendo cariori pretio, ſi exceſſus ſe non extendat ultra dimidium juſti pretii rei, nec interveniant fraudes aut deceptiones, e. g. res aliqua valet ſexaginta, venditur pro nonaginta, quod eſt dimidium excedens valorem & juſtum pretium: Vel emitur pro triginta, quod eſt dimidium ejusdem pretii.

Interim communis vox Theologorum in foro conſcientiæ omnem venditionem, qua juſti pretii latitudo notabiliter excedítur, eſſe iniquam, & lædentem alterum teneri ad reſtitutionem, niſi læſio ſit modica, aut liberalis datio, aut remiſſio ejus, qui deceptus fuit, ſaltem præſumpta acceſſerit. Dixi in foro conſcientiæ, quæ in foro externo ob multitudinem litium evitandam non ſuccurrit alicui, niſi ſupra dimidium juſti pretii deceptus fuerit. Dixi ulterius, niſi læſio ſit valde modica, nam tunc non tenetur quis ad reſti-

ſtitutionem ob levitatem materiæ, quia durum eſſet in contractibus ſemper obſervare exactiſſimam juſtitiam, *Reiffenſtuhl.*

Supra vulgare & juſtum pretium, juxta ſuperius dicta non licet carius vendere merces ex eo ſolo prætextu, quod res vendatur credito, vulgo auf die Borg. Sic peccabit mercator, ſi a ſtudioſo, cui veſtes vendit credito, aliquid ſupra juſtum pretium exigat, eo quod ſciat primum anno finito ſolvendum eſſe pretium, teneturque ad reſtitutionem, *Communis.* Dixi eo ſolo prætextu, ſecus enim dicendum, ſi in venditione credito facta alius titulus accedat accipiendi aliquid ultra pretium juſtum. Potiſſimæ autem augendi pretii cauſæ ſunt primo damnum ex venditione emergens, & lucrum ceſſans. Exemplum damni emergentis eſt: Si Cajus in gratiam amici vendat equum, quo ipſe indigeret pro itinere, ita ut alium ſibi equum conducere, & pro conducto mercedem expendere debeat: Quo caſu vides illi damnum emergere.

Exemplum lucri ceſſantis eſt: Si Cajus amico vendat equum, cujus pretium ſummum jam ſunt floreni quinquaginta; ita tamen, ut ſi ſervaret in adventum Commiſſarii bellici equos pro exercitu coementis, facile ſeptuaginta florenos in pretium obtinere poſſet: Quo caſu vides Cajo ceſſare lucrum viginti florenorum ex carentia pecuniæ. 2. Periculum recuperandi pretium; idque a fortiori, ſi cum moleſtiis, & expenſis conjunctum ſit; Periculum autem debet eſſe non fictum aut imprudens, ſed morale. Cæterum

rum ceſſat periculum, caſu quo emptor pro aſſecuratione periculi certum pignus vel fidejuſſionem offert. 3. Si mercator ſuas merces fuiſſet alio translaturus, ubi plus valent, vel alio tempore venditurus, quando plus valebunt. Sic negotiator prævidens auctum iri frumenti pretium, non tenetur ad reſtitutionem, ſi centum ſcaphas, quas in illud tempus aſſervare voluit, amico roganti vendat, & præter conſuetum pretium pro quavis ſcapha aliquid juxta probabilitatem lucri ceſſantis exigat, *Sporer tr. 6. c. 4. ſect. 2. num.* 15.

Mercator tenetur ſignificare emptori titulum, quo ſupra conſuetum pretium exegit, alioquin forte nollet ab ipſo emere cum hoc onere compenſandi lucrum ceſſans, & damnum emergens ex dilata ſolutione, & ſi non admoneat ignarum, teneri ad reſtitutionem, *Comm. apud Sporer.*

ANNOTATIO.

DOcet Laymann *l. 3. tr. 4. c.* 17. §. 2. *num.* 15. etiam in pondere, menſura vini aliarumque rerum venalium aliquid demi poſſe a caupone, &c. reliquis venditoribus, ſi pretium lege taxatum ſit certo nimis modicum, & manifeſte injuſtum; ſed his non facile fidem habendam eſſe monet *Zettel p. 3. inſtruct. 2. de caupone*, vix unquam concedendum eſſe pœnitenti, ut ob pretii taxati parvitatem pondus imminuat: Quamvis enim lanio, v. g. modico tempore in coemendis vitulis leve aliquod damnum pati debe-

debeat, reliquo tamen anni decurſu ſemper ipſi a Magiſtratu præbeatur occaſio moderate lucrandi. Idem dic de piſtore: Nec enim opus eſt, ut Magiſtratus ſtatim imminutet taxam, ſi merces brevi tempore carius comparari debeant; cum etiam non ſtatim immutet taxam, quando alia vice longe viliore pretio haberi poſſunt.

§. X. De vitio mercium.

TRiplex eſſe poteſt rei venditæ vitium. 1. Eſt in ſubſtantia, ut quando vitrum pro gemma, mulſum pro vino datur. 2. Eſt in quantitate, ut ſi menſuram diminuas, atque adeo res vendita minoris ſit quantitatis, quam velit, & æſtimet emptor. 3. Eſt in qualitate, & circa accidentia, ut ſi equus ignavus vendatur pro generoſo: Item ſi quis venderet domum, prædium, cenſum tanquam liberum, cum tamen alteri obligatus ſit ſeu hypothecatus.

Huc reducitur venditio rei adulteratæ, qualis eſt venditio frumenti paleis involuti, & cerræ ſevo permixtæ.

Huc pariter a plerisque referri ſolet vinum aqua dilutum. *Zettel. p. 2. inſtruct.* 1. *d.* 2.

Vitium, ſi verſatur circa ſubſtantiam rei, neceſſario manifeſtandum eſt; alias contractus irritus & nullus erit.

Sed petes, quid hic proprie nomine ſubſtantiæ intelligatur? R. certum eſſe, non debere accipi phyſice & abſolute, ſed moraliter, & in ordine ad voluntarium actum contrahentis; ut proinde no-

nomine ſubſtantiæ in contractu intelligatur illud objectum, quod per ſe principaliter, & vere adæquate eſt intentum a contrahente. Certe ſi velles emere equum ad ſonquinquum iter, aut ad gignendam prolem vel pullum, & loco equi juvenis daretur tibi equus annoſus, emarcidus, certe non eſſet deceptio in ſubſtantia phyſica, revera tamen eſſet error in ſubſtantia morali, quia nimirum variat ab equo cogitato & intento ab emente *Tambur. Sporer.*

Quod ſi vitium verſetur circa quantitatem ſeu menſuram & pondus, ut ſi vinum aqua dilutum vel triticum cum aliis ſeminibus mixtum tradas, quia revera minus tradis, quam deberes; aut circa qualitatem accidentalem, ut ſi vendas equum ignavum pro generoſo; vinum Acronianum pro Rhenano, cenſetur emptor conſentire, & velle; ut potius aliquid ſubtrahatur de pretio, & alia damna compenſentur, quam ut aperiatur vitium, & contractus irritetur. Dixi vitium occultum, ſi enim vitium manifeſte pateat omnibus, vel facile adverti poſſit a quolibet non omnino negligente, nec ſubdole occultetur: nec illud aperire, nec monere emptorem neceſſe eſt, idque non tantum in foro externo, ſed etiam conſcientiæ, modo res juſto pretio vendatur, v. g. quod caleei ex debiliori corio facti ſint, modo minoris vendantur. Vel ſi equus emendus patenter ſit cæcus, luſcus, claudus &c. ſibi enim emptor imputet, quod rem non diligentius inſpexerit. Excipe pro foro interno, niſi venditor ex circumſtantiis probe advertat, emptorem

rem tam rudem, ac ineptum esse, ut vitium per se patens non agnoscat; tunc enim monere debet. Tenetur insuper venditor vitium, quod versatur circa accidens manifestare. 1. Si emptor expresse de illo interroget. 2. Si ex vitio immineat emptori periculum gravis damni, ut si equus sit ferox, ovis morbida & scabiosa, quæ possit inficere gregem. 3. Quando res vitiosa parum vel omnino non est utilis ad finem temporis, ut si vendas pannum adustum pro firmo, pannos laceratos sed emendatos &c. ac si non haberent talem defectum. 4. Si emptor expresse alliget suum consensum certæ qualitati aut conditioni. 5. Vi consuetudinis vel tacitæ conventionis in venditione equorum aperienda sunt die Haupt-Mängel. *Pichler l. 3. tit. 17. de empt. & vend. n. 38. Ex dictis*

Fit 1. Si quis vinum, sericum, vel pannum unius loci, pro vino serico aut panno alterius loci distrahat, non peccare graviter, nec teneri ad restitutionem, si prudentis viri judicio, vinum & reliquæ merces tam sint utiles, tantumque revera valeant; quantum merces valent ex aliis locis advectæ; nam istud mendacium, cum non sit pernicioſum, non erit peccatum contra justitiam. *Dicastillo apud Zettel.*

Fit 2. Acronianum regulariter peccare graviter, & sub gravi teneri ad restitutionem, si vinum aqua liberaliter dilutum vendat, quamvis in pretio descendat. Quia vinum aqua liberaliter dilutum plerumque periculosum est emptori primo vel saltem secundo, quia tale vinum

citius

citius acescit, & longe facilius corrumpitur *Tamb. Sporer, Zettel.*

Dixi regulariter peccare & sub gravi obligatum esse ad reparandum damnum. Nam si Acronianus sciat vinum ab emptore brevi, & ad usus communes, ad quos omnino utile est, consumendum esse, liberatur a peccato & onere restitutionis, eo quod tali casu nullum damnum inferat, si cum pretio descendat, & tali modo aquæ mixtionem concedit Laymann. *c.* 17. *S.* 2. *n.* 15. si vinum ob suam meracitatem difficulter distrahi possit, qualia vina in aliquibus locis sunt Acronniana.

Fit 3. Cauponem, si in civitate vel oppido vinum mensuratim distrahat, non peccare graviter, nec teneri ad restitutionem, si vinum mixtum aqua certò adhuc æqualis bonitatis & utilitatis sit cum aliis communibus; excipe tamen, si vinum ad cæteros usus medicinales peteretur, ita plures apud Zettel *n.* 26. sed hæc sententia, ne aperiatur via fraudibus, divulganda non est.

Sed quid ad fraudem Acronianis familiarem; Cujus Hospes venit ad Acronianum intendens emere plaustrum vini, de Anno 1747. valens communiter 60. fl. Acronianus vero dat ipsi ad gustandum vinum de Anno 1748. asseverando hoc vinum esse de Anno 1747. hospes hoc credens solvit ipsi pro plaustro 60. fl. dum tamen vinum de Anno 1748. communiter valebat. 30. fl.

Quæritur, an Acronianus peccaverit contra justitiam, & an teneatur ad restitutionem?

Quam-

Quamvis ex ſupra dictis caſus jam ſit ſolutus, pro majori tamen claritate pono Regulam univerſalem, ex qua non ſolum caſus iſte, ſed & alii facile ſolvi queant.

Deceptio, error, dolus verſans circa ſubſtantiam rei, ſive accidentia & qualitates, poteſt eſſe aut antecedens, & dans cauſam contractui; quia nimirum, ex ſola deceptione provenit, quod velis contrahere, alioquin ſi deceptio vel error abeſſet, & veritas conſtaret, nullo modo contracturus.

Aut poteſt eſſe incidens, vel concomitans tantum contractum, non autem dans cauſam; quando nimirum deceptus errore vel dolo exinde non movetur ſimpliciter ad contrahendum, ſed ad ſummum ſecundum quid, ad libentius contrahendum, carius emendum, ita ut etiam, ſi deceptio, error, vel dolus abeſſet, adhuc contraheres.

Jam ad propoſitum caſum. Si qualitas vini de Anno 1747. fuit cauſa dans contractui per ſe intenta & in contractu ab hoſpite appoſita, contractus eſt irritus. Si autem dolus iſte circa qualitatem vini de Anno 1748. non fuit dans cauſam contractui hoſpiti, quia errore cognito adhuc fuiſſet empturus, contractus non eſt irritus, ſed competit hoſpiti actio contra Acronianum decipientem, & huic obligatio, ut ſolvat, quanto intereſt dolum non fuiſſe commiſſum. Si vero vinum de Anno 1748. fuit certo æqualis bonitatis & qualitatis vini de Anno 1747. tunc Acronianus ad nihil tenetur.

Fit 4. Mercatorem licite posse merci admiscere substantiam alienam v. g. piperi juniperos ceræ picem, ut merx idonea maneat ad consuetum usum, nec reddatur deterior, quam illa, quæ simili pretio venditur ab aliis *Mol. Laym. Sporer apud La Croix. n. 957.* Addunt *Less. & cop.* ibid. Si materia secundum se deterior ita per industriam admisceatur, ut res melius temperetur, posse vendi consueto pretio; contradicunt tamen rectè pro praxi Castrapalao & alii. Et sic contradico ego pro vino medicato.

§. XI. De Mutuo.

DEfinitur Mutuum formaliter acceptum, quod sit, *Contractus realis, quo res fungibilis seu constans pondere, numero, aut mensura, ita in alterum transfertur, ut eadem in genere restituatur, & ordinarie in eadem qualitate & quantitate. Comm.* Ex hac definitione

Fit. 1. Mutuum dare & accipere omnes, & solos posse illos, qui contrahere valent & contrahendo obligari. Speciale quid tribuit Senatusconsultum Macedonianum filiisfamilias mutuum accipientibus sine consensu patris, ita ut si filii sine consensu parentum pecuniam mutuo acceperint, neque ipsi, neque parentes ipsorum teneantur eam solvere, sed possint contra excipere per dictum Senatus Consilium Macedon. Et hoc Privilegium factum est non tam in favorem filiorum, quam parentum, quorum vitæ filii insidiabantur, ut paterna hæreditate potiti debita contracta solverent. An vero hoc privilegium teneat

etiam

etiam pro conſcientia, diſputant AA. *apud La Croix 842.*

Limitatur hoc. 1. Niſi filius habeat bona caſtrenſia. 2. Quando filius putabatur eſſe publice ſui juris. 3. Si filius accepit mutuo non pecuniam, ſed rem aliam, ut triticum, vinum, & ſimilia. 4. Si pecunia verſa ſit in commodum parentum. 5. Si pater debuiſſet eam ſecundum rectam rationem ſuppeditare; ut ſi filius abſens cauſa Studiorum accipiat mutuum neceſſarium, ut vivat, libros emat &c. 6. Si filius juravit ſe ſoluturum. *Sporer, Reiffenſtuhl.*

Fit 2. Mutuum non perfici ſine actuali traditione rei, & ante actualem traditionem non cenſeri eſſe mutuum.

Fit 3. Et quidem fungibilis: per *to* fungibile vero intelligitur res talis, ut una in commutationibus, & ſolutionibus poſſit fungi vices, ſeu ſubſtituti loco alterius v. g. pecuniæ pro mutuo datæ. Et quia hujusmodi res in commercium humanum venire non ſolent, niſi per quantitatem, quæ ponderatur, numeratur, vel menſuratur, ideo appellantur etiam *quantitates.* Atque conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura, uti ſunt pecunia, vinum, frumentum, panis, caro &c.

Fit 4. Dominium transferri in mutuatarium, & ideo teneri præſtare caſum fortuitum mutuatarium.

Fit 5. Eique imponi obligationem reſtituendi rem in eodem genere: Scilicet ſi pecuniam accepit mutuam, reddere debet pecuniam aliam, ſi vinum tunc vinum; quia ſi contrahentes pa-

ciſcerentur, ut redderent res diverſi generis v. g. vinum pro frumento, potius permutatio, quam mutuum foret.

Fit 6. In eadem quantitate, & qualitate, hoc eſt tantundem, & æque bonum reddi debere, quantum & quale fuit datum.

Fit 7. Si tempus certum præfixum fuit in contractu, quoad ſolutionem illud debere obſervari, ita quidem, ut ſi ex culpabili dilatione ſolutionis creditor patiatur damnum, illud debeat reſarciri: Nam *mora ſua cuilibet nociva eſt* Reg. 25. Juris in 6.

Si nullum tempus ſit deſignatum, repetendum non eſt ante uſum, & expletum finem, ob quem datum eſt: Deinde determinatio temporis facienda eſt ex circumſtantiis, v. g. frumentum agricolæ mutuatum in hyeme, eſt mutuatum usque ad meſſem, pecunia mercatori ad nundinas eunti, usque dum vendiderit merces, opifici, usque dum vendiderit operas, &c. *La Croix. n. 844.*

Porro qui dat mutuum; mutuans, vel creditor; qui vero illud acceperit, mutuatarius dicitur, ſicut qui accipit commodatum commodatarius, qui accipit depoſitum depoſitarius.

§. XII. Ex quibus Titulis licitum ſit in mutuo aliquid accipere ultra ſortem.

TItuli, ex quibus auctarium ultra ſortem creditam peti poſſit, ſunt ſequentes. 1. Damnum emergens, quod jactura dicitur, quam creditor ratione mutui patitur in rebus ſuis, quas jam habet v. g. Si ex eo, quod mutuum dederit frumentum

tum cogatur poſtea emere majori pretio, vel ob pecunias alteri mutuatas pati debeat ruinam domus ſuæ, vel ipſemet ſumere mutuas cum uſuris.

2. Lucrum ceſſans, quod eſt incrementum bonorum, quod creditor ſervaturus, conſecuturus fuiſſet, ſi mutuum non dediſſet: v. g. *Si* ex pecuniis mutuo datis emiſſet agrum, vel aliam rem ſibi utilem, aut fructiferam, aut cum iis non mutuatis, negotiatus lucrum feciſſet.

3. Periculum ſortis amittendæ, quod creditor ſubit, ſi mutuatarius ſit homo pauper, parum fidus, nec mutuantem aſſecuret de ſumma recipienda per pignora, Fide juſſores, &c.

Aſſecuratio ſortis, quod præſtatur, ſi creditor in ſe ſuſcipiat periculum ſortis (quod alias eſt penes mutuatarium) quam dat homini, v. g. per mare navigaturo, per loca prædonibus infeſta, ituro ad nundinas, &c. Ita ut ſi ſors credita pereat, mutuatarius ad nihil teneatur reddendum, ſed mutuans ferat damnum. *Pichler. l. 5. tit. 19. de uſur. n. 17.*

5. Mora culpabilis mutuatarii in ſolvendo, hoc eſt, licet paciſci in mutuo, ſi mutuatarius ſtatuto tempore non ſolverit mutuum, teneatur certam pœnam ſolvere ultra ſortem. Ratio eſt, tum quia talis pœna injungitur, atque exigitur ad hoc, ut mutuatarius hac ratione quaſi conſtringatur ad ſortem ſtatuto tempore reddendam, & ne culpa ſua impune fallat: Tum quia ea non ſolvitur præciſe vi mutui, ſed ob moram, ſive culpam ſolvendi mutuum; ſiquidem debitor, qui eſt in mora culpabili, peccat contra juſtitiam

retinendo alienum. *Reiffenstuhl.* Isti sunt jam Tituli; si adsint, ultra sortem ex communi AA. sententia aliquid exigi potest. An vero id etiam liceat Titulo statuti, vel consuetudinis (cum defacto nihil usitatius) negant passim AA. vetantque Constitutiones nostræ Synod. tit, 18 his verbis: *Ex mutuo cuicunque facto nihil præter sortem capitalem ex conventione percipiatur, unde eos, qui passim cuilibet lucri intentione mutuo dant, ut pro centum quinque, vel plures florenos, ut aliquid pecunia æstimabile salvo semper capitali recipiant, proprie usurarios esse & in æternæ damnationis periculo versari declaramus.*

Nihilominus probabile est, tale statutum, & consuetudinem, quæ defacto in Imperio Romano existit, permitti posse, vi cujus quintcenus, seu quinque pro cento ex mutuo ultra sortem exigi possit, quin probari debeat ullus alius titulus damni emergentis, lucri cessantis, periculi amittendæ sortis. &c.

Hanc assertionem tenent Emman. Saa, Tanrerus, Haunold. de I. & I. tom. 3. tr. 9. n. 421. refero verba. *Usus receptissimus habet, ut absque ullo scrupulo exigantur in singulos annos quinque*, v. g. *pro centum absque eo, quod alius titulus allegetur, aut in judicio probandus sit: ac proinde videntur creditores exigere quinque non recurrendo ad alios titulos, sed quia contractus solet communiter fieri, & a Republica non improbatur, eo quod talis contractus sit utilis Reipublicæ, cujus membra malunt talem contractum sustineri, quam improbari, quandoque utilissimum est, posse in casibus necessitatis habere mutuum etiam cum*

onere

onere solvendi 5. pro 100. secluso omni alio titulo, & propter hanc necessitatem potest respublica ob dominium altum validare tale pactum. Vide adhuc plures AA. pro hac sententia apud Pichler.

ANNOTATIO.

USuram usuræ addere non licet, germanice Zinß auf Zinß machen. v. g. Sempronius dedit mutuo 1000. Gulden Cajo, & sic juxta dicta posset Sempronius exigere elapso anno pro interesse a Cajo 50. fl. & elapsis duobus annis 100. fl. posito casu Cajum non solvisse hoc interesse a 100. fl. Quæritur, an Sempronius non possit exigere von denen 2. restirenten Zinß a 100. fl. das Interesse 5. florenorum? R. Contractum talem fore usurarium, quia in jure reprobatur titulus ille, quo usuræ novæ ab istis usuris exiguntur.

Pariter reprobatur a Jure Can. & Civ. positivo *l. 26. c.* de usura saltem ubi illud receptum, si multa interesse ex principali sorte nondum soluta, computentur in novum aliquod capitale, germanice den Zinß zu dem Capital schlagen, ex quo dein tanquam capitali exigatur novum interesse.

§. XIII. De Detractione.

DEtractio est alienæ famæ occulta & injusta læsio seu denigratio, facta sive viventi, sive mortuo. Ex genere suo peccatum grave est contra justitiam, teneturque detrahens ad restitutionem. Sæpe est duntaxat peccatum veniale, vel ob levitatem materiæ, vel ob imperfectionem actus *Comm.*

Materia autem levis in præsenti illa læsio censetur, quæ consideratis circumstantiis prudentum judicio solummodo vim habet similis conditionis

homines defacto leviter contriſtandi, ſeu levem tantum dolorem cauſandi. Quod ſi læſio foret talis, quæ conſideratis ſimul confluentibus circumſtantiis jure merito poteſt etiam judicio prudentum ſimilis conditionis homines graviter contriſtari, ac amicitiam inter eos diſſolvere, talis læſio cenſeretur materia gravis: Minus tamen recte ſtatuitur materia levis omne peccatum leve, quod quis dicit, vel objicit proximo. Nam ſi dicas de viro probo, vel Religioſo, eum amare puellam, rixatum eſſe, vel duellaſſe, aut quid ſimile, graviter ejus lædis famam: Si idem dicas de juvene nobili, vel milite, leviter, vel nihil famam lædis, cum de talibus non erubeſcere, ſed gloriari ſoleant, quamvis ſic arguantur de peccato mortali.

Detractio fieri poteſt dupliciter directe videlicet & indirecte. Directe fit 4. modis 1. Imponendo crimen falſum. 2. Amplificando ſeu exaggerando crimen verum. 3. Pandendo crimen occultum. 4. Siniſtre interpretando opus bonum alterius.

Indirecte contingit etiam 4. modis. 1. Negando recte facta, vel dotes alterius. 2. Ea extenuando. 3. Tacendo bona alterius eo loco & tempore, quo ſilentium alii interpretantur tacitam vituperationem. 4. Simulate & frigide laudando *Reiffenſtubl*, *La Croix*. *Ex dictis.*

Fit 1. Detractio, ut mortalis ſit, requiri, ut crimen occultum omnino, & non notorium ſit, nam crimen notorium referre apud alios jam ſcientes, vel ſine dubio alias brevi ſcituros, ſe-

cluſo

cluſo alio maligno affectu ad ſummum veniale & actus otioſus eſt, & ſæpe nullum peccatum.

Poteſt autem aliquid eſſe notorium dupliciter notorietate juris, ſive facti. Illud cenſetur eſſe notorium notorietate juris, de quo quis in judicio convictus, vel confeſſus eſt, aut judicis Sententia publice fuit punitus &c.

Illud vero cenſetur notorietate facti, de quo evidenter apud non paucos conſtat, eſſe ſcilicet factum, ſic ut prudentis arbitrio credatur nulla tergiverſatione poſſe celari, aut certo certius credatur ulterius publicatum, & divulgatum iri.

De numero perſonarum, quibus conſtare debet crimen, non conveniunt AA. aliqui dicunt ſufficere, quod ſciant ſex, alii quod ſciant decem perſonæ, alii prætendunt, ut plures quam decem perſonæ notitiam habeant, alii denique ut rumor ad majorem partem communitatis perveneriit. *Lege Haunold, Sporer, La Croix.* Sed rectius illi, qui dicunt hoc eſſe judicandum reſpective tum ad communitatem, tum ad perſonas, quæ ſciunt, & credentur, vel tacituræ, vel leviter de hoc locuturæ.

Fit 2. Crimen notorium notorietate facti in uno tantum loco poſſe quidem absque peccato ſaltem gravi aliis inferri in locis vicinis, vel commerciorum conſortio ita conjunctis, ut ad illa loca cito & facile & quaſi moraliter certo idem rumor ſit perventurus. *Sporer n. 71. cum Comm.* In locis remotioribus illis, quorſum alias moraliter loquendo fama non poterat pervenire, probabi-

lius non licet detractionis crimen grave notorietatis facti propalare. Contraria tamen sententia est etiam probabilis. *Marchantius*. Si excipias crimen notorium notorietate facti commissum in certa privata communitate, Monasterio, familia, schola &c.

Fit 3. Si quis referat audita ut audita scilicet dubitanter, & absque asseveratione, si sit quid grave, non peccare mortaliter. Melius tamen alii sic distinguunt apud *La Croix n. 1. 207.* Si audientes ex levitate vel malitia credituri, aut tanquam indubitatum divulgaturi credantur esse mortale, si autem non aliter credituri sunt, vel divulgaturi, quam audiant, ordinarie erit veniale tantum, quia fama absolute non tollitur, sed tantum quasi semiplene, uti per dubium, suspicionem, vel opinionem temerariam.

Fit 4. Si agatur de officio vel beneficio, de Matrimonio contrahendo, vel Religione suscipienda &c. si ego sciam justum impedimentum, unde notabile damnum vel incommodum timeri debeat, me posse ejus occulta pandere. *Laymann*, *Marchantius*, *Sporer*, *Reiffenstuhl*.

Deinde licitum est, manifestare crimen alterius occultum ad impediendum damnum proximo, vel toti communitati alicui vel etiam ipsimet manifestanti alias impendens, sive temporale sive spirituale, quando id ad hoc necessarium est. Hinc si novi Titium esse furem, possum monere eos, quibuscum habitat, ut sibi caveant &c.

Nec non potest ancilla patefacere Dominæ com-

commissum furtum a coancilla, notanter tamen dixi, quando necessarium & justa causa manifestandi furtum adest, qualis esset timor rationalis, ne sæpius repetereretur, vel ne alii revera innocentes venirent in suspicionem, &c. Si crimen furti a coancilla factum non sit adeo enorme, nec pluries commissum, & præsertim si nullum amplius subfuit periculum illud sæpius iterandi, deliquit graviter ancilla accusando, diffamando coancillam apud heram & alios; Potius ex præcepto charitatis & correctionis fraternæ debuisset coancillam dehortari, comminando manifestationem, casu quo iterum fuisset deprehensa.

Tandem ut officium vel beneficium tibi, tuisque dignis assequaris, non est illicitum saltem graviter competitoris non dignioris notum vitium collatori aperire, imo etiam occultum, quo ad tale beneficium vel officium inhabilior redditur. *Tolet l. 5. c. 65.*

Fit 5. Detrahentes voluntarie & sine causa justa audire, & cum facile possis, non impedire, esse peccatum mortale ex genere suo; aliquando contra justitiam, aliquando contra charitatem tantum. Contra justitiam, si quis ex justitia, hoc est, ex officio vel contracta obligatus esset impedire peccatum & damnum alterius: Ut maxime sunt Prælati, Superiores, Parentes, Domini respectu subditorum. Contra charitatem, si quis audiat detrahentem solum consentiens, approbans, gaudens, complacens in detractionem absque tamen omni positiva cooperatione & influxu, talis quidem peccat graviter peccato odii contra

charitatem tantum, non item contra justitiam, ideoque ad nullam restitutionem obligatur. Si vero audiens mere negative se habeat, & solum non impediat, cum facile & commode posset per correctionem fraternam, adhuc peccat mortaliter (subintelligendo si materia sit gravis) & quidem respectu illius detrahentis non impediendo ejus peccatum, & respectu infamati non impediendo ejus damnum famæ: Dixi, si commode possit: Quia non peccat, qui putat monitionem suam nihil profuturam, vel ex eo magnum incommodum metuit: vel quia rationabili verecundia prohibetur ob auctoritatem detrahentis, debet tamen tunc discedere, si commode potest, faciem tristiorem ostendere, & alio sermonem avertere. Hinc æqualis raro, inferior rarissime tenetur corrigere detractorem. *Buss. Spor. cum comm.*

A famæ restitutione excusatur detractor. 1. Quando ipse infamatus sponte, vel expresse vel tacite remisit citra tamen præjudicium vel injuriam aliorum: Sicut enim in aliis materiis v. g. debitis pecuniarum, ita & in debito restitutionis famæ ad eam obligationem tollendam sufficit etiam tacita obligatio præsumpta vel interpretativa voluntas læsi, ut si interrogaretur vel rogaretur, facile condonaret.

Si tamen dubitaretur, an diffamatus, si sciret, esset remissurus, est obligatio petendi, ut remittatur, vel restituendi, quia dominus est in possessione *La Croix n. 462. de restit.*

2. Excusatur a famæ restitutione, si prudenter judicetur jam dudum rem oblivione deletam:

Re-

Regulam tradit Lugo apud *Sporer n.* 113. ſcilicet detractorem debere prudenter penſare, quid rationabiliter velit ipſe infamatus attentis circumſtantiis præſentibus fieri a detractore. Quando enim præſumitur eum velle potius, ut memoria apud audientes non revocetur, liber erit detractor ab onere reſtitutionis, & viciſſim. Detractorem tamen eo caſu debere etiam compenſationem facere laudando infamatum apud alios vel honorando &c.

3. Excuſantur juxta aliquos apud Tambur. *l. 9. c. 3. ſ. 3. n. 8. in Decal.* a reſtitutione ex juſtitia, qui ſine culpa Theologica graviter læſerunt famam alterius, tenentur vero ex charitate, ſi ſine ſuo notabili incommodo poſſent impedire, ne fama alterius detrimentum patiatur. Hanc ſententiam *Stephan. Dicaſt. apud La Croix* dicunt eſſe probabilem, ejus probabilitatem, etiam Haunoldus non negat. Communior tamen, & tutior ſententia habet, quod reſciens poſtea alienum inadvertenter & ſine ſua culpa gravi infamatum eſſe, teneatur ex juſtitia ad reſtitutionem famæ.

4. Si ille, quem tu infamaſti, viciſſim te infamavit, famamque reſtituere nolit, probabilis eſt opinio *Toleti. Leſſ. Mol. apud Layman, c. 7. n. 5.* Compenſationi locum eſſe ex generali regula, *quod non cogaris jus ſuum alteri reddere, ſi ille reçuſet tibi reddere tuum.*

5. Si fama ablata jam fuit recuperata per aliam viam. Id autem fieri poteſt, vel virorum graviorum teſtimonio, vel ſi infamia vitæ probitate penitus ſit abſterſa aut alio conſimili modo. *Reiffenſtuhl.*

6.

6. Causa excusans est, si famæ restitutio facta sit impossibilis. Ut si auditores tuos, apud quos alteri detraxisti, nullo modo convenire possis. *Comm.*

7. Si non possit fieri restitutio sine amissione famæ, quæ sit longe majoris momenti: Ut si Prælatus, vel Vir illustris infamavit plebejum, non tenetur cum jactura sui nominis, aut notabili detrimento proprii honoris revocare, sed sufficit, ut illum laudet in eo genere virtutis, ubi sic infamavit, vel alio meliori modo famam restituat, quod sine jactura propriæ famæ facere poterit. *Reiffenstubl.*

8. Sicut is, qui rationabiliter dubitat, utrum sua actione, etsi de se injusta, fuerit causa efficax alicujus damni, non tenetur ex generalibus principiis juris ad aliquam compensationem, eo quod stante dubio maneat melior conditio possidentis; ita & detractor in tali dubio non tenetur ad restitutionem famæ.

Ablatam famam probabiliter sufficit revocare, & restituere pro possibili apud Auditores immediatos juxta Tamburin. Sporer, & multos alios. Esto fateantur contrariam opinionem esse probabiliorem. Ratio est: Partim quia apud omnes etiam mediatos Auditores revocare, censetur moraliter impossibile, partim etiam quia qui revocat sua dicta apud Auditores immediatos, censetur his imponere obligationem id ipsum faciendi apud suos; partim denique & potissimum, quia hanc sententiam confirmat quotidiana praxis Confessariorum.

Mo-

Modus autem reſtituendi eſt iſte, ſi verum crimen quis narravit, debet opinionem concep-tam, quantum poteſt apud audientes abolere di-cendo v. g. *ſe male dixiſſe, injuriam intuliſſe, de-ceptum eſſe, non recte advertiſſe, ſe erraſſe.* Quod ſi ejuſmodi loquendi formula non ſperes te apud alios acceptam criminis opinionem tollere poſſe, præſertim apud peritos vel aſtutos, qui intelligen-tes talem eſſe modum reſtituendi famam, & po-tius in concepta criminis opinione confirmari, tunc poteris, & ſi profuturum ſperes, etiam de-bebis uti congrua & prudenti aliqua æquivocatio-ne ſeu reſtrictione mentali, v. g. dicendo *reflexi me, erravi, &c.* vel ſi hac ratione parum profi-ciatur, eum laudando in aliis rebus, crimen exte-nuando, honorem ejus in alia re procurando, &c. *Laymann, Buſſenbaum, Sporer.*

Quod ſi autem fallum crimen impegiſti, te-neris aperte retrahere (adhibito etiam, ſi opus eſt, juramento apud eos, quibus dixiſti) licet ali-quando ſufficiat dicere in certis circumſtantiis *te penitus deceptum, rem aliter habere, male te in-formatum fuiſſe. Buſſenbaum.*

ANNOTATIO.

DEtractor in Confeſſione interrogandus eſt. 1. Num detractio contigerit in materia levi vel gravi, ſeu tali, quam ipſe gravem reputa-ret, ſi contra ſemetipſum talis detractio facta fuiſ-ſet. 2. Quod ſi contigiſſet in materia gravi, inter-rogetur ulterius, num talia de altero aſſertive di-xerit, vel tantum præciſe relative, nihil augendo, vel addendo, ita ut prudenter credi poſſit au-

dien-

dientes non adhibuisse exinde fidem positive relatis: quod si protulisset assertive, interrogetur. 3. Utrum illa res fuerit vera vel falsa? Et si vera, num occulta vel publica? 4. Quoties deliberate contigerit in materia gravi occulta? 5. Demum obligandus est ad restitutionem, nisi adsit causa excusans, *Reiffenstuhl* juxta novam editionem.

§. XIV. De Contumelia.

INjuriæ contra honorem nomine generico dicuntur contumelia a contemnendo, estque ex genere suo peccatum mortale. Excusat a tali imperfectio actus, parvitas materiæ, ut si contumelia vel in se ipsa levis sit, vel comparatione personæ, cui infertur, vel a qua infertur: Ideo convitia, quibus se mulieres, pueri, & infimæ sortis homines appellant sagas, meretrices, adulteras, nebulones &c. communiter non sunt peccata gravia, quia dicentes non ita sentiunt, nec intendunt inferre gravem injuriam, audientes autem non credunt similibus verbis, quia advertunt ex passione dici. *La Croix n. 1224.*

Inter æquales autem, quæ non sunt infimæ sortis attendenda iterum est materia secundum se gravis vel levis. *Sporer n. 138.*

Contumelia autem dividitur præcipue in convitium, improperium, irrisionem, illusionem, subsannationem, maledictionem. Convitium est, si vitium vel defectus etiam naturalis objiciatur alteri cum ejus dedecore. Improperium sive contumelia specifice sumpta, qua vitium vel defectus alicui præsenti in faciem objicitur. Irri-

sio

sio, qua quis præsens vel absens objicitur risui. Illusio, qua quis objicitur ludibrio quasi recte & cum quadam deceptione. Sublannatio, qua quis objicitur irrisioni per gestus, aliosve motus corporis. Contra honorem sæpe additur maledictio, qua quis imprecatur alicui malum. *La Croix.*

Porro quamvis contumelia a detractione distinguatur, & quidem specie, nihilominus tamen sæpius confluunt in uno eodemque actu, etsi ceteroquin verum sit, quod subinde ab invicem separentur; sic v. g. si alteri objicias crimen occultum grave aliis præsentibus, censetur adesse, ac simul in uno actu concurrere contumelia, & detractio; quod si vero alicui soli nemine alio præsente crimen in occulto objecisti in faciem, vel etiam alapam viro gravi impegisti in occulto, non læsisti famam per detractionem, bene tamen honorem per contumeliam. *Sporer n. 135.*

Quod attinet ad restitutionem læsi per contumeliam, nota, si contumelia privatim irrogata sit, neque in aliorum notitiam tua culpa pervenit, solum obligaris secluso alio damno & ante judicis sententiam læso reconciliari & honoris restitutionem illi facere.

Si vero alicui contumeliam irrogasti coram aliis, & sic honor ejus in præsentia aliorum imminutus sit, teneris ipsi coram illis etiam restitutionem facere honoris, conando alios, quantum in te est, omni modo, & ratione congrua permovere, ut de homine læso sicut prius, bene honorificeque sentiant, ei consuetum honorem exhibeant &c. *Sporer n. 148.*

Cæ-

Cæterum honor duplici modo reſarciri poteſt, uno modo per externam aliquam obſequii exhibitionem, & declarationem absque ulla expreſſa veniæ petitione : Alio modo condonatione, quæ vel ſponte fit ab inhonorato : vel prævia humili veniæ petitione per inhonorantem facta.

An ſufficiat primo duntaxat modo reſtituere honorem, vel inſuper requiratur expreſſa veniæ petitio, non poteſt abſolute decidi ; ſed id ex gravitate injuriæ, & conditione perſonæ offenſæ, aliisque circumſtantiis prudentis viri judicio definiendum eſt. Siquidem ſi Superiores vel Prælati aliquando inferiores vel plebejos contumelia afficiant, non decet veniam ab iſtis petere, ſed ſufficit aliqua ſigna honoris & benevolentiæ exhibere inhonorato, quæ alias tali perſonæ non ſolerent exhiberi : Ut honorifica ſalutatione, allocutione, amica converſatione, beneficio vel obſequio aliquo ſpeciali, aliisque ſignis, verbis, vel factis ſignificando inhonoratum antea, non amplius deſpici, ſecluſo alio damno famæ, corporis vel fortunæ. *Sporer n. 149. Reiffenſtubl.*

Econtra vero ; ſi injuria adeo gravis ſit, & a ſubdito Superiori, vel a plebejo cuipiam Nobili, aut alio Viro multum honorato, quem forſan fuſte percuſſit, illata, ita ut alio modo compenſari non poſſit talis injuria, niſi veniam petendo, & inhonoratus aliam ſatisfactionem ſuſcipere nolit, niſi per veniæ petitionem, tunc offendens tenetur ad illam. Alioquin autem, quando aliter, quam per veniæ petitionem honor reſtitui poteſt, nemo ad veniæ petitionem cogendus

eſt

est: Sed ad eum modum, qui est in consuetudine, atque a prudentibus sufficiens judicatur. *Reiffenstuhl.* Liberis tamen parentes suos graviter injuriantibus in faciem semper veniæ petitionem a Confessario injungendam censeo.

§. XV. De Judicio temerario, suspicione, & dubio.

JUdicium temerarium, quoad præsens consistit in assensu & firma credulitate de vitio ab alio commisso; quod si fiat ex sufficientibus motivis, ut puta, quia moraliter de illo constat tunc caret omni peccato: Si autem fiat sine motivis, & indiciis sufficientibus, ut puta, quia talia motiva, vel tales circumstantiæ regulariter non habent connexionem cum tali crimine, dicitur judicium temerarium; quod per se loquendo, & ex genere suo est mortaliter peccaminosum, eo quod vi hujus in mente judicantis extinguatur quodammodo, & depereat fama alterius.

Nomine Suspicionis intelligitur assensus de vitio alterius, sed debilis, & cum formidine de opposito; quia metum suspicans non adhæret firmiter suæ opinioni, unde, si talis suspicio habeat multum de formidine, & parum de assensu, dicitur suspicio levis: E contra si habeat multum de assensu & de formidine parum, appellari solet suspicio gravis. Qui tamen vi suspicionis præcise, cujuscunque demum, non perditur, etsi quodam modo minuatur bona existimatio de proximo; hinc ex suo genere non excedit gravitatem peccati venialis.

Dubium denique de malo alterius dicitur, quando quis non judicat positive, sed potius relinquit quasi in suspenso, vel saltem putat, esse dubium, utrum commiserit? nec ne? Et hoc dubium esto supponatur temerarium, & positivum nihilominus per se loquendo non est peccatum mortale. *Comm.*

§. XVI. De Maledicentia.

OMnis Maledicentia, qua quis proximo ex odio inimicitiæ seu vera maledicentia & animo, ut eveniat, deliberate, & cum advertentia in materia gravi imprecatur, peccatum mortale est: Dixi ex animo, nam persæpe accidit, ut verba maledictoris erga hominem v. g. subditum neque charitati, neque justitiæ notabiliter repugnent, ideoque culpam venialem non excedant, puta parens filio, hera ancillæ absque scandalo grave malum imprecetur, non ex animo, atque etiam sine notabili honoris diminutione.

Juxta Molinam apud Laymann *l. 3. tr. c. 8. n. 8* Tametsi aliquis ex ira vel objurgationis causa gravem alioquin maledictionem in alterum effundat v. g. ut diabolus illum rapiat, morte, fulmine pereat sine animo, ut eveniat, atque sine notabili contumelia spectata personæ qualitate, aliisque circumstantiis non fore peccatum grave. Verum si quis ex ira dæmoni se ipsum devovet, quamvis sine animo, ut eveniat, a mortali excusandum non esse censet Molina, Laymann, Sporer, & alii.

Gravis autem noxa est, si subditi Superiori-

bus

bus, filii parentibus (licet materialiter tantum) sic maledicant præsertim in faciem. *Bussenbaum.*

Maledicere jumentis aliisque rebus irrationalibus, siquidem res sint proximi, & ex odio in ipsum prodeant maledicta, & serio animo, ut vere pereant illa, erit sane peccatum odii contra proximum, pro ratione materiæ gravis vel levis, quod tamen rarius accidit, alioquin non nisi veniale secluso scandalo.

In confessione satis est dicere, si dicas te grave malum voluisse proximo, vel de eo delectatum, nec opus est explicare speciem mali v. g. mortem aut infamiam. *Bonacina d. 2. q. 4. punct. ult. §. 2. citans Cajetanum, Valentiam, Turrianum*, sed contrarium est probabilius.

ANNOTATIO.

SUnt, qui proximo malum imprecantur advertenter ex animo, in ipso fervore iræ, v. g. quando furto ipsis aliquid sublatum, mox autem placari, & pœnitere mali imprecati solent. Hi quandoque se excusant, quasi graviter non peccassent dicendo: Herr, es ist in dem Zorn geschehen. Sed notandum, quod in morula præcedentis temporis poterit esse sufficiens advertentia & consensus ad peccandum mortaliter; illa autem, quæ statim subsequitur pœnitentia, & nolcitas mali, indicat in peccato non fuisse permanentiam, non vero quod non fuerit consensus. De quo rudes in confessione examinandi sunt. *Marchantius.*

§. XVII. De Blaſphemia.

BLaſphemia, eſt contumelioſa in Deum locutio, ſive eſt verbum maledictionis, convitii, ſive contumeliæ in Deum, etſi aliquando committatur ipſis factis, puta, ſi Deus contumelioſo ſigno velipendatur; ut exſpuendo in cœlum.

Blaſphemia dividitur in externam & internam, circa quam attendendum, num adfuerit plena advertentia, & conſenſus, vel non, ſi fuerit interna.

Blaſphemia aliquando eſt cum hæreſi, aliquando ſine hæreſi: Quando quis aſſentit intellectu his, quæ corde vel ore dicit, eſt hæreticus & blaſphemus, ut ſi dicens *Deum improvidum*, & ita aſſentit, hæreticus ſimul eſt, & incidit in cenſuras hæreticorum: ſi vero non ita credit, nec aſſentit, ut dicit, tunc eſt tantum blaſphemia. *Tolet. c.* 13. Circa peccatum Blaſphemiæ notandum, non ſemper eſſe mortale, quamvis ſit ex genere ſuo.

Aliquando fit cum advertentia, & deliberatione, ut cum homo advertit, & cognoſcit eſſe blaſphemiam, & tamen eam profert, hoc modo eſt peccatum grave: Imo notant AA. blaſphemiam ratione parvitatis materiæ non poſſe fieri peccatum veniale.

Aliquando fit ſine advertentia & materialiter tantum ut cum homo ira aliqua, vel alia motus paſſione non advertens ad verba blaſphemiæ, quæ protulit, tunc poteſt non eſſe peccatum, vel veniale.

Qui talium verborum conſuetudinem habet,

tene-

tenetur ſub peccato mortali ſerio conari eam tollere, quod ſi facit, & tamen labitur, poteſt excuſari aliquando, eo quod juramenta iſta impetu naturali effuſa non ſint voluntaria, nec in ſe, nec in cauſa, utpote retractata propoſito efficaci. Si non conatur, idque Confeſſarius notet, poterit ei cum diſcretione negare abſolutionem. *Laym. Buſſenbaum.*

Blaſphemia non ſolum fit in DEUM, ſed etiam contra Sanctos. Probabilius eſt, blaſphemiam in DEUM, & blaſphemiam in Sanctos ſpecie diſtingui. *Bonacin. Reiffenſtubl. Sporer.* Ex dictis fit

1. Dicere bey GOtt, bey dem Sacrament. Es iſt bey GOtt wahr, non eſſe blaſphemiam, ſed juramentum, & peccatum veniale, ſi juramentum ſit de re vera. Quamvis Gobat ratione ſcandali non excuſat Religioſum, & ego Parochum a gravi, ſi ſæpius talia verba proferre ſoleat.

2. Dicere botz Herrgott, botz hundert Herrgott, non eſſe blaſphemiam, eſt tamen venialis irreligioſitas; Eſſet tamen blaſphemia, ſi verba iſta proferentur eo ſenſu, quem verba grammaticaliter præſeferunt, quod tamen raro contingit. *Gobat. n. 735. Sporer.*

3. Dicentem: *O DEI mors, DEI vulnera!* propter periculum incidendi in blaſphemias, & quia raro abeſt ſcandalum, raro excuſaria mortali. *Buſſenbaum, Gobat, Sporer.*

4. Dicere: *perdant te, deſtruant te Dei ſanguis, Vulnera, Mors, Paſſio, Sacramenta, Chryſma, &c.* præter imprecationem ac maledictionem eſſe in-

directam blaſphemiam mortalem, quia talia verba graviter lædunt Divinum honorem. *Gobat n.* 741. *Sporer ſ. 3. n. 4.*

5. Dicere *Sanguis*, *Sacramentum*, blaſphemum quid ſignificare in gravem deſpectum & contemptum Sacramentorum, & omnium piorum aures hoc dicterio graviſſime offendi: Et ideo Confeſſarius debet exquirere numerum.

6. Dicere: 100. 1000. 100000. Sacramenta eſt omnino habendum pro blaſphemia propter hæreticam ex ſe, & cum vilipenſione & contemptu multiplicationem; niſi aliunde juxta dicta a peccato gravi tales excuſentur.

7. Dicere: *tu Sacramentalis nebulo*, *meretrix*, *ſaga &c.* blaſphemum eſt, & graviter peccaminoſum, ſi deliberate & ſerio talia verba proferantur. *Gobat. Sporer.*

ANNOTATIO.

BLaſphemus in confeſſione interrogandus. 1. Quomodo vel quibus verbis blaſphemaverit. 2. Qua intentione ſic blaſphemaverit: An vere intenderit ipſum DEum inhonorare? Si ita fatetur (quod tamen raro accidit apud plebejos) 3. Examinandus, qua ratione motus fuerit erga DEum, an ex odio, deſperatione, an cum, vel ſine aſſenſu erroneo erga fidem. 4. Si neget ſe intendiſſe DEum inhonorare, adhuc quærendus erit; an ſaltem adverterit ejusmodi verba a ſe prolata revera eſſe inhonorativa DEI, & cedere in injuriam DEI & tamen ſic ſcienter protulerit? Si ſic, adhuc cenſendus eſt peccaſſe mortaliter. Tandem ſi dicat, ſe nec intendiſſe, nec advertiſſe

in-

inhonorationem DEI, ſed ſolum erga hominem, vel jumentum, nihilominus attendendum erit ad verba, quibus homo uſus fuit; ſi enim talia verba vel tali modo prolata ſunt, ut enormem contumeliam DEI, aut Sacramentorum exprimant, raro poterit excuſari a mortali, *Sporer. n.* 21.

§. XVIII. De Juramentis.

JUramentum eſt invocatio tacita vel expreſſa Numinis Divini tanquam primæ & infallibilis Veritatis in teſtem alicujus rei. *Comm.*

Juramenta varie dividuntur, in explicita & implicita. 2. In aſſertoria & promiſſoria. 3. In ſimplicia ſive conteſtatoria & execratoria. 4. In ſimplicia & ſolemnia & extrajudicialia.

Aſſertæ tamen diviſiones ſunt accidentales tantum, quæ ſpeciem non mutant, ut in confeſſione diſtinguere non ſit opus. *Buſſenbaum.*

Aſſertorium eſt, quo præterita vel præſentia affirmantur, aut negantur.

Promiſſorium, quo aliquid futurum promittitur. Simplex, ſi conteſtatorium eſt, quo DEUS ſimpliciter ut teſtis invocatur. Execratorium, quo non ſolum ut teſtis, ſed etiam ut vindex invocatur DEUS, cum jurans ſe vel alium dilectum vel aliquid ſui aut ſuorum ſubjicit DEO puniendum, ſi falſum dicat: *Ut DEUS faciat, ut hic nunquam ſanus ſurgam, nec liberos nec conjugem hodie vivus intuear. Tollat me DEUS ſubitanea morte. in æternum damnet, &c. Buſſenbaum.*

Veram juramenti rationem habent: *Juro per DEUM. Per DEUM ita eſt. DEum teſtem invoco.*

DEus mihi testis esto. Quia hujusmodi formulæ expressam invocationem Divini testimonii in se continent, unde si adsit animus seu intentio jurandi, certum est habere rationem juramenti.

Quod si quis per simplicem assertionem hujusmodi verba proferat: *Coram Deo hæc dico. Deus scit me verum dicere: DEus videt ita esse &c.* non erit juramentum, quia juramentum debet in se continere non meram assertionem, sed etiam invocationem Divini Testimonii saltem virtualem. Verum in his & aliis hujusmodi formulis spectanda est maxime intentio loquentis, qua de causa hujusmodi dicta quandoque ut juramenta usurpantur, ut videre est apud S. Paulum Tim. 5. *Testificor coram DEO: ad Gal.* 1. *Coram Deo, quia non mentior: ad Rom. Testis mihi est DEUS.* Econtra multi jurant, ut bene observat Lessius, ex ira, qui non intendunt jurare, sed potius imprecari malum, vel patefacere iram.

Veram insuper juramenti rationem habet hæc formula: *Volo dictum meum esse juramentum,* Auf mein Eyd, bey meinem Eyd, nisi aliud de usurpantis intentione constet, quia multi ita loquuntur, v. g. Ich schwöre dir einen Eyd, *vel* bey meinem Eyd, *hoc vel illud faciam:* Quorum tamen mens non est serio jurare, sed tantum iracunde vel gravius affirmare sua dicta. *Laymann l. 2. c. 2. Bussenbaum.*

Ex communi usu censentur continere juramentum illa verba: Auf mein Seel, bey meiner Seel. Sumitur enim hic anima, quatenus est imago SS. Trinitatis.

Affir-

Affirmare quid fide boni viri, fide boni Christiani, ſuper conſcientiam dicere: *Quam vere vivo, &c.* non ſunt juramenta, quia DEUS in teſtem non adducitur; eſſet tamen juramentum dicere *per Fidem Catholicam, per S. Evangelium.* Si Sacerdos juret per ſuam Sacerdotalem Dignitatem: Perſonæ illuſtres ſub honore ſuæ Nobilitatis, in familiari, ſeu extra judiciali colloquio non ſunt cenſendæ jurare proprie, ſecus quando in contractu aut coram Judice. *Gobat n.* 4. 87.

Ut Juramentum ſit licitum, & opus bonum, actusque virtutis Religionis, triplicem requirunt AA. conditionem ex illo Jeremiæ: *Jurabis, vivit Dominus in veritate, in judicio, & in juſtitia*, vocantque tres comites juramenti Veritatem, Juſtitiam & Judicium.

Veritas adeſt; cum juras ſuper re vera, Juſtitia adeſt, quando juras ſuper re juſta & licita, Judicium adeſt, ſi cum debita reverentia & diſcretione id facias, & non ſuper re levi.

Primo itaque requiritur Veritas tanquam comes juramenti, hoc eſt, requiritur, ne quid falſi juretur, & cum deeſt veritas, tum proprie perjurium vocatur. Tunc autem cenſetur deeſſe veritas, cum aſſeritur aliquid falſi, vel aliquid, quod putatur falſum, licet verum ſit; deeſt quoque veritas, quando quis jurat tanquam certum, cum ipſi ſit dubium, quia debet eſſe moraliter certum, quando DEUM teſtem vocat, alioquin exponis te periculo faciendi eum teſtem falſi. Denique cenſetur deeſſe veritas, quando quis juramento promittit aliquid ſine animo impien-

di, hoc eſt enim jurare dolo. Unde his omnibus modis jurans grave peccatum cenſetur incurrere, ac fieri perjurus.

Nec obſtat, quod materia ſit levis, aut exigui momenti. Inferunt proinde AA. in perjurio non dari parvitatem materiæ, quia nimirum in perjurio deliberate & advertenter facto tota hujus peccati malitia requiritur. Dixi deliberate, quia perjurium ſine deliberatione factum non eſt mortale peccatum, cum generaliter ad omnem actum humanum, ac præſertim ad peccatum mortale requiratur voluntarium, ac ſufficiens deliberatio. Unde quamvis nunquam ratione parvitatis materiæ, adhuc tamen ratione defectus voluntarii quandoque homines a peccato mortali contingit excuſari, dum videlicet proferunt verba ex ſe quidem juramentum falſum ſonantia *per Deum, per Sacramentum &c.* ſed ſine intentione actuali vel virtuali, DEUM in teſtem falſitatis adducendi.

Hinc Sporer *n. 9. ait.* Confeſſarius audiens pœnitentem falſo juraſſe ſe accuſantem, non ſtatim perjuraſſe cenſere debet, ſed interrogare, an intenderit Deum invocare in teſtem, & quidem falſitatis, & ſæpiſſime deprehendet, non fuiſſe perjuria, ſed tantum mendacia ex materia ſua dijudicanda, aliquando officioſa, aliquando jocoſa, & ſic venialia, aliquando pernicioſa in nocumentum tertii, adeoque ex genere ſuo mortalia, Exinde habentem conſuetudinem jurandi non falſo, quamvis conſuetudinem nunquam retraxaverit, non peccare niſi venialiter. 2. Si ſit conſue-

ſuetudo jurandi falſo, ſed advertenter, quamvis illam non retractavit, ſi juramenta, quæ nunc fiunt, non proficiſcantur ab illa conſuetudine, ſed ex paſſione vel ſubito motu, uti proceſſiſſent, licet non adfuiſſet conſuetudo, non erit mortale, quia neque in ſe, neque in cauſa ſunt plene voluntaria, cauſa enim eorum non eſt conſuetudo, ſed alius motus plenam rationem pervertens.

Si proficiſcantur ex conſuetudine non retractata, quamvis plane inadvertenter fiant, non erunt quidem in ſe peccata, cum non ſint formaliter libera, erunt tamen peccata in cauſa, ſeu in voluntate, quam jurans habet non removendi conſuetudinem. *Suarez apud La Croix n.* 273. putat utile fore talem non abſolvi. Si admonitus non emendet conſuetudinem, *Sanch. Caſtropalao* contra multos putant poſſe abſolvi, quia diſpoſitus eſt, & abſolutio non eſt neceſſario neganda vel differenda, quando peccata non pendent ex occaſione extrinſeca, quæ amoveri debeat, ſed tantum ex intrinſeca fragilitate relabentis.

Ex dictis de juramento promiſſorio fit 1. Juramenta parentum, ac Dominorum, quibus jurant ſe filium tali vel tali modo punituros, domo ejecturos &c. ſæpiſſime non eſſe juramenta, nec obligare; utpote, quia ſæpiſſime non adeſt intentio jurandi, ſed tantum terrendi. 2. Sæpe fiunt ex paſſione, ira &c. 3. Quia ſupervenit cauſa excuſans.

His etiam excluſis, etſi vera juramenta ſint, & obligent, tamen materia levis eſt, adeoque & levis obligatio juxta probabiliorem ſententiam

te-

tenentem, si materia levis sit, fore tantum veniale.

2. Eum, qui urbanitatis causa juravit se ante alterum non sessurum, bibiturum &c. non peccare contra juramentum, si coactus ab altero prius sedeat, bibat, quia promissio illa habet tacitam conditionem adjunctam, nisi me coegerit. *Busenb. Sporer.*

3. Excusari mercatores a perjurio, non tamen a culpa, irreverentia Divini Nominis in vanum assumpti, qui dicunt, vel etiam jurant, se non posse tali pretio merces vendere: Item merces sibi pluris constare, cum tamen neutrum in rigore sit verum. Nam primi per hoc excusantur, quod intelligant, & satis scienter significare velle, se non posse cum honesto & mediocri lucro ita vendere. Secundi per hoc excusantur, quia quando dicunt sibi pluris constare, scitur, quod non intelligant nude pretium rei emptæ, sed etiam computent expensas. *Gobat. n. 529. Sporer n. 41. La Croix. n. 30.*

4. Eum, qui juravit absolute non ludere, nihil cogitando: an de lusu tantum immoderato & periculoso, an etiam de moderato, non teneri abstinere a lusu moderato, quia juramentum sicut & votum explicari debet in favorem jurantis vel voventis.

Si juravit intelligendo etiam lusum moderatum, tenetur abstinere ab hoc. Ex fine, ob quem talis juravit, colligi potest, an comprehenderit lusum etiam moderatum. *La Croix n. 453.*

5. Juramentum non propalandi artem v. g.

spe-

ſpeciale medicamentum contra febrim, podagram (e. g. diſcit ab alio Titius ſub juramento non communicandi alteri) abſolute non obligare, ſiquidem bono publico ; vel tertio tali morbo laboranti non ſatis provideretur, niſi communicata tali arte; quod ſi vero bono publico, vel tertio tali morbo laboranti aliunde ſatis provideretur, omnino obligabit juramentum.

6. Juramentum de re illicita præſtitum nullam parere obligationem, neque juramentum de faciendo opere omnino indifferenti. Ut puta, ſi quis juret ſe *barbam fricaturum*, ſubintelligendo, niſi alia cauſa, ex qua actiones cæteroquin indifferentes honeſtatem virtutis acquirant, adjiciatur.

Jurare cum æquivocatione, quæ nihil aliud eſt, quam locutio ambigua, quæ vi verborum in his circumſtantiis prolatorum habet duplicem ſenſum, unum verum, & alterum falſum v. g. ſi quis juraret *ſe vidiſſe Cæſarem ſubintelligendo ejus ſtatuam, aut imaginem*, nec non & jurare cum reſtrictione non pure mentali & ſenſibili tunc licere, quando gravis cauſa neceſſitatis vel utilitatis ſpecialis adeſt. Exinde eum, qui vulgavit de altero crimen occultum, quod tamen ille vere commiſit, reclamare poſſe, ac debere, ſi aliter ablatum honorem reſtituere non poſſit, dicendo cum juramento, ſe alteri feciſſe injuriam, dum hoc crimen de illo ſparſit ; quia in vero aliquo ſenſu hoc dicere poteſt. 2. Conſiliarium, qui interrogatur curioſe ab alio, quid hodie actum ſit in conſilio, non pejerare, ſi dicat ſe non ſcire, ſubintelligendo

ſcien-

scientia communicabili. 3. Mulierem, quæ occulte commisit adulterium, posse id marito interroganti negare cum juramento, subintelligendo, ut illud manifestare teneatur. 4. Eum, qui occidit hominem inculpabiliter, & a Judice interrogatus, an non occiderit, posse negare etiam cum Juramento, scilicet intelligendo in eo sensu, in quo Judex interrogat, nimirum culpabiliter se occidisse &c. *Pichler l. 2. tr. 24. n.* 11.

Juramenta autem talia amphipologica, nisi justa causa subsit juxta dicta celandi, vel dissimulandi veritatem, illicita sunt, & perversa & quasi perjuria. *Comm.*

§. XIX. De cautelis tempore pestis in excipiendis Confessionibus sumendis.

1. CUret, ne ad infectos jejunus accedat, ideo convenit, ut mature celebret. 2. Ut infectos aditurus habeat vestem attritam; laneæ enim novæ vel pilosæ pelles plus periculi habent, interiores convenit esse ex corio, omnes vero vestes, postquam redierit, igne purgentur. 3. Ante exitum sumat jusculum, vel vinum medicatum ex herba absinthii, scordii, corduibenedicti, dictamini cretici, corticibus citri exsiccati, radicibus pimpinellæ, ex quibus sacculus vino impositus conficitur. 4. Mane aliquas partes corporis oleo scorpionum, vel alio alexipharmaco illiniat v. g. circa cor, sub axillis, retro auricolas, ac denique ipsos pulsus. 4. In ipso accessu ad ægrotum extrema labia, nares, tempora, balsamo vel aceto ad hunc finem confecto inungi debent,

ante-

antequam ad ægrum eat, manus, & faciem lavet aqua, cui permixtum acetum vel vinum, in quo aliquæ herbæ odoriferæ maceratæ fuerint: Quales sunt Absynthium, Salvia, Rutha, Melissa, Majoran, Hyssopus, Artemisia, Spicanardus. Eædem herbæ, si circa locum ægri sparsæ sint, & subinde moveantur, & confricentur mire aerem infectum temperant. Idem præstat acetum aspersum subinde lecto ægri. 6. Curet, ut ante ingressum suum æger in lecto ita componatur, ut commode confiteri possit, attendat insuper, ne æger multum se moveat in præsentia sua, aut lectum aperiat. 7. Sacerdos manum salutandi gratia non porrigat. Sollicite curandum, ne ægri halitum excipiat, supra ægrum ne se inclinet, neque aurem ei admoveat, sed potius ad vocem elatiorem ægrum hortetur, ad latus vel tergum consistat. 8. Ad sedendum utatur ligneo scabello, sella ex panno villoso omnino non est admittenda. 9. Inter ipsum & confitentem non procul ab ore candela accensa intercedat, probantur maxime illæ candelæ, quæ majorem ignem fovent. *Lohner in Controvers. Apost.* Subjungo remedia simplicia ex Kirchero.

Zu Winters-Zeit soll in dem Haus ein Rauch gemacht werden aus Salvien, Lentitschgen Holtz, darvon der Gummich fliesset, aus Rebholtz, Sandel-Holtz, eben dieses kan man zu Sommers-Zeit thun.

Zu Winters-Zeit soll man in denen Stuben und Zimmern Feur aufmachen aus Lorbeer-Holtz und Blätter, aus Lemonien, und Citronen-

Schel-

Schelfen, aus Cypreß, Zimmet-Rinden, Wachholder-Stauden, Roßmarin, und Lavendola, oder andern Aromatischen Stauden, also daß an offenen Orten das Feur allezeit flammend seye: Es ist auch dienlich (wer es vermag) ein Rauch zu machen aus Benzorin, Storax, Landan, Thymiama, Ambra, und andern hitzigen wohlriechenden Dingen, aus allen aber ist das fürtreflichste Mittel den Luft zu reinigen, wie folget.

Man soll ein subtiles Pülverlein machen aus Floribus Sulphuris, Benxorin, Nägelein, Myrrhen, jedes in gleicher Maaß, dieses soll man mit der Substanz der Krammet-Beeren, so durch den Sud ist ausgezogen worden, anmachen, miteinander knetten, und Zeltlein daraus machen, solche auf die Glut legen, und einen Rauch darvon machen.

Das fürtreflichste Mittel aber ist der Eßig, und wird solcher Eßig zu diesem Zihl und End desto dienlicher seyn, wann man noch andere Sachen, so der Pest zuwider lauffen, darein nehmen wird: Dahero ist ein fürtrefliches Präservativ, wann man nimmt einen guten und kräftigen Eßig, darnach Rauthen, Pimpinellen, Bethonica, Baumnussen, Knoblauch und Krammet-Beer, und ein wenig Camphor, welches man in den Eßig mischet, und 40. Stunden lasset an der Sonnen, oder in der Stuben stehen, alsdann seyget man solches durch, und behalt es zu dem Gebrauch, auch dieses nimmt man zu Morgen frühe ein Löffel voll. Als ich zu Rom ware (schreibt der Author) und die Pest regierte, von allen, so sich dieses Mittels gebraucht, ist keines von der Pest ergriffen worden.

Man

Man kan auch ein Extract machen aus denen Wachholderbeer; man nimmt 8. oder 10. Pf. selbige 12. ß. im guten und starcken Wein maceriert, alsdann nimmt man sie heraus, und laßt sie ein Sud thun, hernach verstoßt man sie zu Pulver, und laßt sie durch ein Sib gehen, wann solches geschehen, nimmt man täglich 1. oder 3. Qtl im Wein ein.

Ueberhaupt aber wird angerühmt der Gebrauch der Kräuter Hypericon, so ein gewisse Species von St. Joann-Kraut Cuncetoxicum, Enulla, sive Helenium, das ist, Alant-Wurtz, Dictamus, oder wilde Salbey, Aristolochia, oder Osterlucey, Laureola, bey denen Apotheckern Pervenca genannt, Raphanus, silvestris, der wilde Rettich, diese Kräuter, ob sie gleich auf allerley Weis genommen, nutzlich seynd, so werden sie doch besser, und kräftiger würcken, wann sie in ein Salem, oder Saltz durch Chymische Kunst resolvirt werden, und können alsdann nüchter in einem Süpplein genommen werden, so viel als ein Messerspitz fasset.

Item werden angerühmt die gemeine Rauthen, oder die andere Species der Rauthen, so man Capraria nennet, Tormentilla, Pipinella, Zeodaria, Scordium, oder Wasser-Bethonien wird absonderlich von Galeno geprisen, welche man entweders in Saltz resolviren, oder zu Pulver stossen, oder zu Wasser brennen, oder in einer Suppen, oder in ihrem eignen Wasser nehmen kan.

Es ist auch ein bewehrtes Præservativ Terra sigillata, oder Polus: Item gebrenntes Hirschhorn, und Spodium. Letztlich die Rauthen, Knoblauch, Baumnuß, Pipinel in Eßig macerirt.

PARS IV.

DE

Sacramento Eucharistiæ.

§. 1. De obligatione sumendi Eucharistiam sive Viaticum.

VI præcepti Divini tenentur omnes adulti usum rationis habentes instante morte, sive mors instans sit ex Infirmitate, sive ex violentia. Imo quoties imminet periculum mortis; ut in prælio, longa & periculosa navigatione, tempore pestis, &c. Etsi Gobat, Lohner, & alii teneant, Parochum non teneri ministrare Eucharistiam tempore pestis, contraria sententia est communior. *La Croix n. 484.* Excipe circumstantiam, in qua Parocho, qui morbo corriperetur, non posset substitui alius, tunc enim non debet ministrando aliquibus Eucharistiam exponere se periculo destituendi totum populum, eumque relinquendi sine aliis magis necessariis Sacramentis. Infirmus, si convaluit, & in novum periculum reincidat, iterum ad sumendum Viaticum tenetur. *Tambur. cum Comm. c. 5. n. 2.*

Qui rite Viatico refectus est, sed post ipsam refectionem incidit in mortale, putant aliqui ad-

adſtringi iterum in eodem mortis periculo communicare, ſed de conſilio eſſe docet *Tambur. c. cit. ſ. 7.*

Qui v. g. duobus vel tribus, vel octo diebus, antequam in mortis periculum inciderunt, communicarunt, teneri ad Viaticum, tenent plures. Negant probabilius *Laymann l. 4. tr. 4 c. 5. Tamb. c. 5. ſ. 2. Marchant.* Conſulendum tamen, ut denuo SS. Euchariſtiam per modum Viatici accipiant. Idem, ſi uno, duobus, tribus, vel etiam octo diebus poſt Communionem inciderent in periculum mortis. Elapſis octo, ſeptem, aut ſex diebus poteſt iterum communicare Infirmus, ſi deſideret, vel poſt duas dies, *Laymann.* Imo ſequenti ſtatim die, ſi moraliter adhuc videatur inſtare periculum mortis etiam non jejunus juxta infra dicenda.

§. II. De Phreneticis, & Mutis & Surdis a nativitate, & Ebriis.

Illis, qui uſum rationis habuerunt, nec ſciantur amiſiſſe in mortali, dandum eſt Viaticum, & ad dignoſcendum hoc ſufficit, quod aliquis ante amentiam bene vixerit, & pro bono viro habitus fuerit, *La Croix l. 6. p. 3. n. 656.*

Hoc ipſo autem, quod neſcias eum amiſiſſe uſum rationis in mortali, præſumitur eſſe in gratia, *Gobat tr. 3. n. 357.*

Si dubitetur, an delirans aut phreneticus irreverenter ſit ſuſcepturus S. Hoſtiam probetur prius in Hoſtia non conſecrata; ſi non ſuccedat

una, probetur in altera aut pluribus, & si aliquam reverenter suscipiat, detur Consecrata. *La Croix.*

In dubio, an adulti amentes utantur ratione, dandum est Viaticum. *Gobat l. cit.*

Adultus a nativitate surdus & mutus est capax viatici, *Tamb.* Non vero surdus, mutus, & cæcus simul, quia censendus est veluti infans; aut perpetuo amens, adeoque incapax.

Viaticum non est dandum ebrio, si constet ebrietatem fuisse plene voluntariam; de qua si dubitetur, dandum est, dummodo absit periculum irreverentiæ.

Quod si solitus sit se inebriare, præsumitur se inebriasse voluntarie, *Gobat n. 195.*

Non tribuatur iis, a quibus ob phrenesin, sive assiduam tussim, aliumve similem morbum aliqua indecentia cum injuria tanti Sacramenti timeri potest. *Rit. Rom.*

§. III. De Pueris.

Pueris Viaticum dari potest, præsertim si petat puer octennis vel novennis, quia cui Sacramentum pœnitentiæ conceditur, Sacramentum Eucharistiæ negari non debet, *Gobat n. 92.* modo sciant distinguere Eucharistiam ab alio cibo. Vide §. 3. de extrema Unctione. In dubio an puer habeat plenum usum rationis, potest dari Viaticum, non est tamen obligatio.

IN-

INSTRUCTIO.

Mein Kind?

Frag: Was ist enthalten in dieser Heil. Hostia?

Ant. Christus der HErr.

Frag: Wie wird er enthalten?

Ant. Mit Leib und Seel, mit Fleisch und Blut, mit GOttheit und Menschheit.

Frag: Die H. Hostia siehet ja wie ein Brod?

Ant. Es ist ein Brod gewesen, aber keines mehr, sondern ist nur die Gestalt des Brods vorhanden.

Frag: Kanst du mir dies erklären?

Ant. Ja: Bevor der Priester die Heilige Wort der Consecration darüber ausgesprochen hat, ware es ein Brod, sobald aber über das Brod die heilige Wort der Consecration seynd ausgesprochen worden, ist das Brod verwandlet worden in den Leib und Blut Christi JEsu.

Frag: Wie ist es möglich?

Ant. Durch die Allmacht GOttes geschieht solches.

Frag: Seynd wir dies schuldig zu glauben?

Ant. Ja freylich Kraft unsers heiligen Glaubens.

Frag: Sündigte dann einer, wann er es nicht glaubte, oder daran zweifelte?

Ant. Freylich, und zwar tödlich, ja ein solcher wäre ein Ketzer:

Frag: So glaubst du dann festiglich, daß du empfangest unter denen Gestalten des Brods in der H. Hostia Christum den HErrn die anderte Person, so für uns Mensch worden, gelitten, gecreuziget, und gestorben?

Ant. Ja ich glaub.

Frag: Wer hat dieses Heil. Sacrament eingesetzet?

Ant. Christus der HErr selbsten.

Frag: Wann?

Ant. Am letzten Abendmahl.

Frag: Warum?

Ant. Zu der Seelen Speis.

§. IV. De Jejunio in Infirmo requisito & ejus exemptione.

INfirmus Ecclesiæ præcepto tenetur esse jejunus, *Comm.* Non est tamen scrupulose prædicta necessitas expendenda, *Tamb.* Imo Ecclesiæ consuetudo videtur absolute eximere periculose Infirmos, si commode non possint manere jejuni.

Hinc satis est, ut Infirmus non communicet jejunus, si ipsi incommodum sit absque cibo & potu exspectare a media nocte usque mane. *Aversa q. 8. apud La Croix.*

Si

Si Infirmus non poteſt Hoſtiam trajicere ob linguæ ariditatem, licet ipſi prius præbere vinum vel aquam ad madefaciendam linguam. *Bonac.*

Excuſatur etiam Parochus, qui impeditus mane in Eccleſia, expeditus ſero accedit ad ægrotum non jejunum communicandum. *Tamb. n. 20.*

Probabile eſt Sacerdotem poſſe non jejunum celebrare, ſi non adſint aliæ Particulæ conſecratæ ad dandum alteri Viaticum. *Tamb. l. c.*

§. V. De modo porrigendi S. Viaticum.

SAcra Hoſtia manu danda eſt, nec licet tempore peſtis porrigere medio aliquo inſtrumento, multo minus deponere alicui in ſcutella, ut ab ægro ſumatur. *La Croix.* Contrarium ſentit *Marchantius.* Refero ejus verba: *Ego licet conſuetius & ſecurius non dubitem, ſi propriis manibus miniſtrari poſſit, non video tamen, cur in præſentiſſimo periculo aliqui alii modi reprobari debeant adjuncta tali reverentia, quæ hic & nunc adhiberi poteſt ſine periculo in tali rerum ſtatu.*

In caſu, quo ægrotus non poteſt deglutire S. Hoſtiam, danda eſt minima Particula cum vino, & juſculo in cochleari. *Tamb. n. 21.* In dubio, an firmus poſſit deglutire S. Hoſtiam, poterit prius per Hoſtiam non conſecratam experimentum ſumi.

§. VI. De vomitu poſt ſuſceptum S. Viaticum.

STomachus ſumentis Viaticum, vel etiam ordinariam Communionem, ita debet eſſe diſpoſitus, ut potens ſi retinere, & conſumere ſacras

Species: Unde si continuo evomat, vel statim per secessum emittat omnes reliquos cibos, plane immutatos, gravis irreverentia est. *Gobat. tr. 4. n. 165. Quarti.*

In dubio, an sumens Viaticum sit evomiturus, negant probabilius AA. licitum esse; in hoc tamen casu licitum est ægro dare minimam Particulam in liquore, vel jusculo. *Gobat n. 164.*

Qui subinde tantum per diem vomit, non est in morali periculo, ut eo præcise tempore eveniat vomitus, ideo potest ei dari Viaticum. *Gobat. n. 170.* In simili.

Peccat graviter Minister præbens Eucharistiam sub periculo, ne Infirmus vel ex tussi, vel ex alia prava dispositione eam sit evomiturus. In casu vomitus, si appareant sacræ Species, & comburerentur, esset Sacrilegium, sed reponi debent in loco aliquo sacro in Corporali, & ubi corruptæ fuerint, in Sacrarium condantur, nisi ipsemet Minister, vel alius Sacerdos, etiam non jejunus sumere velit, modo neutri fiat nausea: Quia Sacramentum non debet exponi novo periculo vomitus. *Quarti tr. 10. p. 3. n. 14. d. 13.*

In vomitu, ubi species non apparent, comburendus est vomitus, & cineres in sacrarium reponendi. *Quarti l. cit.* Si Infirmus modicum cibi, vel particulam non consecratam (qua cum experientia juxta dicta fieri potest) retineat, concedendum est Viaticum.

Quod si non ex sumpto cibo, sed ex ipsa ægritudinis vi vomitum patiatur, communicandus non est, nisi per sex circiter horas vomitus cessaverit

verit, & Medicus vel adſtantes judicaverint, ſaltem per horam a ſumpta Euchariſtia Infirmum non evomiturum : Nam tunc communicari poterit *Tambur.*

Infirmus Sacra Hoſtia ſemel ſumpta & trajecta in ſtomachum, ſi iterum integram evomat, fructuoſe communicavit, quia revera manducavit. *De Lugo apud Sarger.*

§. VII. De reſervandis Hoſtiis conſecratis pro Moribundis.

HOſtiæ conſecratæ pro morientium Viatico tot reſerventur, quot Parochus ſufficere exiſtimaverit. *Conſtit. p. 1. n. 19. Tit. 8.*

Si contingeret Parocho ſacrificanti in aurem dici, quampiam e ſuis Parochianis ſubito correptum periculoſo morbo, nec habeat Hoſtiam conſecratam, conſecret unam, ſi moneatur ante oblationem, ſi autem poſt, particulam a ſua diffringat. *Gobat tr. 4. caſ. 21. n. 540.*

Hoſtiæ renoventur ſingulis menſibus bis aut minimum ſemel veteribus in Communione Miſſæ ſumptis. *Conſtit. l. cit.*

Modum purificandi tradit *Quarti p. 2. Tit. 10. ſect. 3. dub. 1.* Videlicet, ut poſt ſumptionem Sanguinis colligantur fragmenta, & ex vaſculo ſeu pyxide in calicem mittantur, & ſi opus ſit purificari cum vino vaſculum, ea ablutio in calicem pariter mittenda eſt, quia calix eſt magis aptus ac tutius, & decentius ſumenda tum fragmenta tum ablútionem : Quod ſi intra calicem adhuc remaneant fragmenta, iterum eſt vinum,

vel aqua infundenda & ſumenda. Tandem exter-gi debet purificatorio vaſculum vel pyxis.

§. VIII. De præparatoriis pro S. Viatico faciendis.

PArochus proceſſurus ad communicandum Infirmum aliquot campanæ ictibus jubeat convocari parochianos, qui Sacram Euchariſtiam comitentur. In promptu habeatur burſa cum corporali, quod ſupponendum erit vaſculo SS. Sacramenti. 2. Linteolum purificatorium ad digitos Sacerdotis abluendos. 3. Liber Ritualis. 4. Campanula. 5. Lumen ex cereo in laterna. 6. Paldachinum ſi tale haberi poſſit. 7. Cu-rentur in altari majori, antequam aperiatur Tabernaculum, accendi duo luminaria.

Domeſtici in ædibus Infirmi præmoneantur, ut ægri cubiculum mundetur. 2. Paretur menſa linteo mundo cooperta, in qua SS. Sacramentum decenter deponatur. 3. Parentur duo luminaria. 4. Duo vaſcula alterum cum vino, alterum cum aqua. 5. Aqua benedicta cum aſperſorio. 6. Linteum mundum ante pectus communicandi.

§. IX. De Ordine miniſtrandi Viaticum.

SAnctiſſima Euchariſtia ad ægrotum ſumma cum Religione a Sacerdote Superpelliceo & Stola induto (qui in ſtatu gratiæ eſſe debet) cum lumine & campanula, qua Fidelibus ſignum detur, deferatur. Ubi laudabilis viget conſuetudo cum majori ſolemnitate, videlicet cum pueris in habitu Chorali vexilla & lumina portantibus, at-

que

que cantantibus, cum vicinorum & aliorum Christi Fidelium comitatu, aliisque piis & devotis ceremoniis S. Viaticum ad ægrotos deferri volumus, ut consuetudo hujusmodi in illis locis, ubi est, non tantum imposterum observetur, sed etiam vehementer desideramus ad promovendum & augendum cultum tanti Sacramenti, ut talis mos etiam alibi, ubi nondum institutus est, introducatur. *Constit.*

In necessitate, si alioquin negligeretur SS. Eucharistia; potest deferri, & dari sine Sacra Veste, lumenque omitti quando fertur ad ægrotum longe distantem, ita ut lumen commode deferri nequeat. *Marchantius.*

Vi Recessus Visitationis Generalis, de Anno 1729. recitetur a comitantibus Rosarium.

Præstat ægrum incommunicatum mori, quam Sacerdotem in habitu cum Sacramento per publicum currere (etsi festinare valde debeat) secus est in Baptismo & Pœnitentia si probabiliter timeretur, ne ægrotus decederet in mortali, tunc enim currendum esset. *Busſenbaum.*

Viaticum debet deferri aperto capite *Pasqual, apud La Croix*, & si abs causa justa fiat, esse mortale. Licitum tamen est Parochis, & Curatis in pagis & villis, ubi longius discedendum, tecto capite deferre Viaticum secluso scandalo.

Ubi propter locorum distantiam, aut viæ incommoditatem Parochi, Sacrum Viaticum ad Infirmos equitando portare debent, curent diligenter, ut Sacræ Hostiæ in loculo, quem ex collo bene clausum, & cum forti ligatura gestabunt, ita sint compositæ & inclusæ, ne ex agitatione

equi in fruſta vel concidant, aut commiſceantur, aut Venerabili Sacramento aliqua alia irreverentia contingat. *Conſt. l. cit.*

An Parochus Benedictionem cum SS. Euchariſtia etiam in plateis ubi populum congregatum viderit, vel etiam ſuper privatas perſonas impertiri debeat, attendenda eſt loci conſuetudo. *Rituale Romanum & Conſtantienſe* ſolum facit mentionem de Benedictione impertienda in Eccleſia in exitu & reditu, item ſuper Infirmum in adventu & abitu.

Ad ædes Infirmi cum perventum fuerit, curet Parochus per ædituum, ne pueri & puellæ admittantur in ejus cubiculum, magnæ enim ſolent eſſe moleſtiæ ægrotis & impedimento, ne cum debita devotione SS. Euchariſtiam valeant ſuſcipere. Parochus ingrediens cubiculum Infirmi *dicat: pax † huic domui & omnibus habitantibus in ea*, impertiendo dein Benedictionem ſuper Infirmum cum SS. Euchariſtia.

Depoſito Sacramento in Ciborio vel pyxide incluſo ſuper menſa ſuppoſita corporali genuflexus illud adorat & mox accepta aqua benedicta Infirmum & cubiculum aſpergit dicens:

Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria Patri. Aſperges me Domine, &c.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟.

℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℟. Dominus vobiſcum.
℣. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine S. Pater Omnipotens æterne Deus, & mittere digneris S. Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

His dictis accedat ægrum, ut cognoſcat, qualiter ſit diſpoſitus, eumque hoc vel ſimili modo alloquatur germanice.

EUer Kranckheit, Andächtiger (Andächtige) in Chriſto dem HErrn, iſt mir hertzlich leid. Dieweilen aber der Allmächtige GOtt euch mit ſolcher Heimgeſucht, ſo wollet ihr es mit Gedult von ſeiner vätterlichen Hand auf- und annehmen, und vor allen Dingen einer Hoffnung in ihne ſetzen, und gedencken, daß er aus lauter Gnad und Barmhertzigkeit euch dieſe Kranckheit zuſende, und vätterlich anmahnen wolle zu wahrer Pœnitentz und Buß, welche in dem beſtehet, daß ihr mit Reu und Leid neben

ei-

einem steiffen Fürsatz GOtt die Täg eures Lebens nicht mehr zu beleidigen, alle eure Sünden beichten thut. Derohalben, wann ihr solches noch nicht verrichtet, sondern zu beichten begehrt, will ich gegenwärtiges Volck ein wenig lassen abtretten, und euch zu Beicht hören.

Si Infirmus respondeat: Ja Herr: *Moneat populum, ut parumper discedat, & ægrum confitentem audiat, & absolvat.*

Si autem jam sit confessus, quod suadetur, ut prius fiat, nisi necessitas aliter urgeat, petat, an nihil peccaverit a tempore factæ confessionis, vel nihil ulterius habeat, quo suam conscientiam gravatam sentiat, & si occurrerit materia absolutionis, eum absolvat.

His ita peractis Sacerdos jubeat redire populum, eumque hoc vel simili modo alloquatur germanice.

Ermahnung zu denen Umstehenden bey dem Krancken vor der heiligen Communion.

GEliebte in Christo dem HErrn, demnach der Allmächtige GOtt, in welches Gewalt wir alle seynd, gegenwärtige Person mit schwerer Leibs-Kranckheit angegriffen, hat sie diese Heimsuchung zu der Buß und Besserung verstanden, derowegen ihr begangene Sünd in Reinigkeit des Her-

tzens gebeichtet, und ist darauf ordentlich absolvirt worden. Nun ist sie auch Vorhabens das heilige Hochwürdige Sacrament des wahren Leibs und Bluts JEsu Christi zu empfahen.

Damit derowegen sie dies hohe Werck zu ihrer Seelen-Wohlfahrt desto würdiger verrichten möge, so hat sie allen Menschen, die sie jemahls beleidiget haben, von Grund ihres Hertzens verzihen, und vergeben, demüthig bittende männiglich, welche sie beleidiget hätte, ihro auch um GOttes Willen zu verzeihen. Dann sie sich hiemit will gäntzlich aller zeitlicher Sachen entschlagen, und gantz geneigt in den Willen GOttes, und seinen Schutz, und Schirm ergeben; wie es der allmächtige GOTT will, also will sie willig, und gehorsam seyn, ist ihme also ꝛc. Nun ist wohl der Geist bereit, das Fleisch aber ist schwach, bedarf ohne Unterlaß der gnädigen Hilf, und Beystand GOttes, besonders in letzten Nöthen, da die Anfechtungen am grösten seynd.

Derowegen damit gegenwärtige Person diese Heimsuchung GOttes mit Christlicher Gedult zu überwinden, auch in dem Ca-

tho-

tholischen Glauben, Liebe und Hoffnung, standhaftig beharre, und also ritterlich bis an das End streitten, und nach diesem zergänglichen Leben die ewige Freud und Seligkeit erlangen möge; so wolle ein jedweders von GOtt dem HErrn ihro solches zu erwerben, mit Andacht betten ein heiliges Vatter unser, und Ave Maria.

Quibus flexis genibus recitatis, surgat, & moneat Infirmum, ut confessionem generalem per se recitet vel latine vel germanice, vel ipsum præcedentem sequatur, si non potest ore, saltem corde: Si autem ipse Infirmus id facere nequeat, ab alio ejus nomine confessionem generalem fieri curet.

Brevis Confessio Generalis Germanica.

ICh armer sündiger Mensch, bekenne GOtt dem Allmächtigen Mariä der reinen Jungfrauen, allen seinen Heiligen, und euch Priestern an statt GOttes, daß ich leider, viel gesündiget hab, von meinen kindlichen Tagen an, bis auf die gegenwärtige Stund, mit vielen bösen Gedancken, Worten, Wercken, und Unterlassung vieler guter Werck, dasselbig alles reuet mich, und ist mir leid, von Grund meines Hertzens, ich verzeihe auch allen denje-

tigen,

nigen, so mir je Leyds haben gethan, auf die Gnad und Barmhertzigkeit GOttes, daß er mir auch verzeyhe, und vergeb alle meine Sünd und Missethat: derohalben klopfe ich an mein sündiges Hertz, und sprich: O HErr GOTT bis gnädig mir armen Sünder.

Facta Confessione generali Sacerdos dicit:
Misereatur, &c.
Indulgentiam, absolutionem, &c.

ANNOTATIO.

AD excitandam Fidem realis præsentiæ Corporis Christi existentis sub speciebus Panis infra posita possunt ægroto proponi. Insuper cum eo elici Virtutes Theologicæ, præcipue ex eo fine, quia persæpe contingit, quod perceptis Sacramentis, vel paulo post illis neglectis moritur.

Adhortatio ad excitandam in Infirmo Fidem & devotionem.

Andächtiger (Andächtige ꝛc.)

WEilen ihr nun Vorhabens seyd das H. Sacrament des Altars zu empfangen, so glaubt ihr ja vestiglich, daß unter denen Gestalten dieses Brods enthalten seye der wahre Leib, und das wahre Blut mit der Seel und Gottheit unsers Erlösers Christi JEsu selbsten. Ja eben derjenige

sich in der Heil. Hostia befinde, in welches Gegenwärtigkeit die Saulen des Himmels erzittern, vor welches Angesicht die Himmlische Geister nicht rein genug seynd, welcher sitzet zu der Rechten des Himmlischen Vatters, und kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten. Dieser so grosse GOtt aus reinester Liebe gegen euch will sich nun jetzunder eurer Seel zu einer Speis geben, und sich mit euch in eurem Hertzen auf das vollkommniste vereinigen. So erfordert ja euer Schuldigkeit ihne über alles zu lieben, in ihn zu hoffen, und zu glauben. Wir wollen dahero kürtzlich erwecken die 3. Übungen der Liebe, Hofnung und des Glaubens.

Übung der Liebe.

O GOtt! ich liebe dich über alles, dieweilen du bist allmächtig, allwissend, und von Ewigkeit her, dieweilen du bist das höchste und unendliche Gut, und alles Liebens würdig.

Übung der Hofnung

ICh hoffe, O GOtt! durch deine Gnad, und meiner Mitwürckung zu erhalten die Verzeyhung meiner Sünden, und das ewige Leben, dieweil du es versprochen hast.

Übung

Ubung des Glaubens.

ICh glaube alles, was die Catholische Kirch zu glauben befihlt, und das darum, dieweil es GOtt die ewige Wahrheit, so nicht irren kan, geoffenbahret hat.

Deinde lotis manibus vel saltem duobus digitis, facta genuflexione, aperit Ciborium, & accipiens Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit Infirmo, dicens clara voce:

Sehet an das Lamm GOttes, welches hinweg nimmt die Sünd der Welt.

Erdemüthiget euch noch einmahl, und sprechet mir nach die Wort der H. Demuth.

Deinde more solito ter dicat:

O HErr ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Tach, sondern sprich nur ein Wort, so wird gesünd meine Seel.

Quæ eadem verba Infirmus cum Sacerdote dicat, saltem semel, si ter non potest, submissa voce: cum Sacerdos dans ægroto Eucharistiam faciendo cum ea signum Crucis super pyxidem dicat:

Corpus Domini nostri JEsu Christi sit tibi viaticum ad vitam æternam, Amen.

Postea Sacerdos reponat Ciborium cum Sacramento super Corporali, & cooperiat, ac facta genuflexione abluat digitos nihil dicens, & Infirmo detur ablutio. Deinde subjungat:

O Sacrum Convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus,

mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

℣. Salvum (salvam) fac famulum tuum (famulam tuam.)

℟. DEus meus sperantem in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne DEUS, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (sorori nostræ) Sacro Sanctum Corpus Domini nostri JEsu Christi Filii tui, tam corpori quam animæ prosit ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS per omnia sæcula sæculorum. Amen.

His expletis moneat Infirmum, si periculose decumbat, ad Sacramentum extremæ Unctionis suscipiendum.

Si vero periculose non laboret, hisce vel similibus verbis eum alloquendo discedat.

DJeweil sich nun dann der Allmächtige gütige GOtt, Andächtiger (Andächtige) in Christo dem HErrn, von euer Seel Seeligkeit wegen so viel gewürdiget,

und

und nicht allein darum Mensch worden, und an dem Stammen des H. Creutz gelitten und gestorben, sondern auch allbereit sich selber wahrhaftiglich im Heiligen, und Hochwürdigsten Sacrament des Altars euch zu einer geistlichen Speiß und Tranck ja zu einem Zehrpfennig gegeben, damit ihr nicht auf der Reiß, so euch, und uns allen nach seinem göttlichen Willen, zu verrichten ist, erliget, in Stärcke desselbigen Himlischen Brods reisen und kommen möget in die ewige Freud und Seeligkeit, so sollet ihr, wie billich, ihme wegen deren, und andern vielfältigen Gutthaten Lob, Ehr und Danck sagen, auch in dieser gegenwärtigen Kranckheit nach dem Exempel des HErrn gedultig seyn, und euer Seel und Leib jederzeit in seinen Schutz und Schirm befehlen, dessen will ich mich in alle Weeg gegen euch getrösten.

His finitis, si altera particula Sacramenti superfuerit (supereſſe autem semper debet, præterquam in casu, quo per terras Acatholicorum migrandum, aut longius, seu difficilius iter sit faciendum, aut præter opinionem plures essent providendi) genuflectit, surgit, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum Crucis super Infirmum, vel omnino nihil dicens, vel dicens :

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✝, & Filii ✝, & Spiritus S. ✝ descendat super te, & maneat semper, Amen.

Deinde reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad Ecclesiam dicendo Psalmum. *Laudate Dominum de Cælis*, & alios Psalmos, Hymnos, & Cantica, prout tempus feret. Cum vero pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, accensis cereis, & facta genuflexione dicit:

℣. Panem de cœlo præstitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde facta prius genuflexione, vertit se ad populum, & annuntiat Indulgentias a Summis Pontificibus concessas sanctissimum Sacramentum comitantibus: Quas si maluerit, & tempus feret, poterit statim ab initio, & ante exitum denuntiare sub forma sequenti.

An-

Andächtige in Christo dem HErrn. Aus Verleyhung ihrer Päbstl. Heiligkeiten erlangen alle und jede, welche das allerheiligste hochwürdigiste Sacrament des Altars mit einem brinnenden Liecht oder Kertzen zu dem Krancken andächtig begleiten, und für Ausreutung der Ketzereyen, Fried und Einigkeit Christlicher Fürsten und Potentaten, wie auch Aufnahm der Heil. Römisch-Catholischen Kirchen etwas mit Andacht betten, 200. Täg, die aber obbemelte Gebett und Werck ohne brinnendes Liecht verrichten, 100. Täg Ablaß und Nachlassung zeitlicher Straffen.

Postea iterum ad Altare conversus, facta genuflexione, cum Sacramento in pyxide faciat signum Crucis super populum, vel nihil dicens, vel dicens: *Benedictio Dei omnipotentis, &c.* ut supra, ac deinde illud in loco suo reponat.

Advertat Sacerdos, quod si ob rationabilem causam, vel quia ea, qua decet veneratione, Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, & nulla amplius supersit, nunc ea infirmo administrata, & prædictis precibus recitatis, & indulgentiis annuntiatis, Infirmum manu benedicit dicendo: *Benedictio Dei Omnipotentis, &c.* ut supra, & postea una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, latente pyxide ad Ecclesiam vel domum suam quisque revertatur.

PARS V.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

§. 1. De Ministro hujus Sacramenti.

PRo valore quilibet Sacerdos etiam simplex, licet excommunicatus, vel degradatus, pro licito usu autem debet esse Sacerdos non excommunicatus, & jurisdictionem habens, si sine ulla licentia Sacerdos alterum inungeret, extra necessitatem sæpe id faciendo, videtur res gravis non item, si semel aut iterum. *Tamb. c. 3. §. 1.*

Religiosi administrantes hoc Sacramentum absque necessitate incurrunt excommunicationem Papalem *in Clem. I. de privilegiis*, intellige tamen, quando sine licentia vel expressa Parochi, vel sine Pontificis privilegio id faciant.

Administrans debet esse in statu gratiæ.

Parochus negligens administrare sive tacite sive expresse petenti peccat gravissime, *Cat. Rom.*

Etiam si differat cum probabili periculo, ne Infirmus moriatur, *La Croix.*

Conferre hoc Sacramentum, dum sensus Infirmi non amplius sani, pariter gravissimum esse peccatum tenet *Catech. Rom.* Sed rigorose ait

Tam.

Tambur. mitius *Suarez* non agnoſcens culpam gravem. Excipe quando aliud Sacramentum non ſuſcepit, vel contritionem non elicuit. Interim concors eſt Theologorum vox, Extremam Unctionem eſſe conferendam, quando ſenſus & mens recipientis vigent ut nimirum reverenter, & cum majori diſpoſitione recipiatur.

Parochus tenetur hoc Sacramentum adminiſtrare etiam tempore peſtis, abs periculo tamen, cum eo non teneri docent plures apud *Marchant.* Addit *Suarez*, Parochum obligari adhibere remedia convenientia, quibus poſſit ſine morali periculo Extremam Unctionem miniſtrare, v. g. utendo, aliqua oblongiori virga ad ungendum, obligando Infirmum, ut in loco puro & patenti collocetur, tum ſumendo antidota, & præſervativa &c. Sed bene advertit *Marchantius* morale periculum tamen permanere. Ideo ſi peſte infecti ſunt confeſſi, unde cenſentur eſſe in gratia Extremam Unctionem poſſe abſolute omitti, plures apud Tambur. docent.

In neceſſitate ſine habitu chorali hoc Sacramentum adminiſtrare licet, *Buſſenbaum.*

Parochus moneat populum in Catecheſi, & Concionibus, ne vas Olei, quod ſolum absque Euchariſtia defertur ad Infirmum, adoretur, & coram eo genuflectatur.

Parochus cum Oleo Sacro benedictionem non det, ſed Infirmum tm nu benedicat.

Infirmus dum inungitur, ſi decedat, Preſbyter ultra non procedat, *Rit. Rom.*

Quod ſi dubitet, an vivat, adhuc Unctionem

prosequatur sub conditione pronuntiando formam dicens: *Si vivis, ungo oculos. Rit. Rom.*

§. II. De Iteratione hujus Sacramenti.

QUod si Infirmus post susceptam Unctionem convaluerit, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari posse, constat ex Trid. cum in aliud simile vitæ discrimen inciderit.

Nequit tamen in una eademque die bina vice inungi, bene autem in una hebdomada. *Barbosa de Offic. & potest. Paroch. Cap. 22.* Si videlicet judicio Medicorum vel hominum prudentum Infirmus post priorem Unctionem fuit constitutus extra probabile, seu propinquum mortis periculum.

Si in eadem infirmitate diu durante, v. g. hydropisi, phtisi notabiliter status morbi varietur, ita ut æger evadat periculum mortis, licet non a morbo, & relabatur in tale periculum, posse Sacramentum iterari, iteratum vero in eodem morbo & periculo esse irritum, tenet *Comm.*

Curatus non sit nimium scrupulosus circa iterationem hujus Sacramenti, *quia non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis, Gobat tr. 2. n.* 886.

§. III. De Subjecto hujus Sacramenti.

INfirmus si graviore morbo affectus non sit, Sacramentum hoc illi dare non licet; ejus collatio non solum illicita, sed invalida est.

Quod

Quod si sit dubium, an infirmus sit in dicto periculo, administretur. Præsertim si locus ab Ecclesia distet, ac propterea accrescente repente morbo Parochus tam cito & expedite adesse non potest. *Lohner.*

Ad valide suscipiendam extremam Unctionem non requiritur, ut, quando suscipitur, suscipiens habeat actualem rationis usum, sed sufficit, quod aliquando habuerit, dummodo certo constet eum, antequam usum rationis amisit, non fuisse in peccato mortali. *Catech. Rom.* Si dubium sit de mortali, detur.

Dandum est ebriis deficientibus, nisi constet esse in mortali, *Lohner.*

Item vulneratis in duello, si post illud superfuerit tempus pro contritione, quod in dubio est præsumendum.

Muti, surdi, cæci a nativitate sunt capaces hujus Sacramenti, *Comm.*

Amentibus & furiosis, qui habuerunt usum rationis, si absit periculum irreverentiæ, detur; ad eam cavendam tales homines ligari possunt, *Rit. Rom.*

Inungatur puerpera, si fœtus sit extrahendus vel mors ei ob specialem rationem timeatur in hoc partu, *La Croix.*

Ungendus est ille, qui est in mortis periculo, eo quod sisti non possit sanguis per nares effluens, *Gobat.*

Item senio confecti, *Rit. Rom.*

Item illis, qui decumbunt ex veneno, *La Croix.*

Reus rotæ affixus adhuc vivens potest inungi, non vero decapitandus vel suspendendus, *Comm. apud Kazenberger.*

Inungendus debet esse adultus, hoc est, talis, quo ad usum rationis pervenerit, quare infantes & perpetuo amentes non sunt capaces hujus Sacramenti. *Comm.*

Pueris & puellis, qui ad ætatem & rationis usum ac discretionem pervenerunt, ut Sacramenti Pœnitentiæ sint capaces, quamvis SS. Eucharistiam nondum receperint, nec adhuc idonei ad illam recipiendam, dari potest. *Laymann.*

In dubio, an puer vel puella habeat rationis usum, ungendus est, sed consultius, ut inungatur sub conditione. *La Croix.* Imo debere inungi. *Tambur.*

Pro Germania ita sentit Gobat: *Puellis communiter post, non autem ante octennium; Pueris autem post, non ante novennium præbendam in agone Sacram Eucharistiam petentibus; ideo assero id. ipsum de Sacramento Extremæ Unctionis, non damnans tamen praxin contrariam.*

Ex parte recipientis requiritur per se loquendo, tum immunitas a peccato mortali, atque excommunicatione, tum voluntas saltem habitualis & interpretativa.

§. IV. De Oleo Sacro.

HAbeat Parochus loco nitido, in vase argenteo seu stanneo diligenter custoditum Oleum sacrum Infirmorum, quod singulis annis

nis fer. 5. in Cæna Domini ab Episcopo benedictum veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat modico Oleo non benedicto in minori quantitate super infuso, reparari potest. *Rit. Rom.*

Urgente necessitate licet uti Oleo benedicto præcedentis anni, at ea non urgente validam quidem fore administrationem, sed ita illicitam, ut periculum subsit peccandi mortaliter. *Tambur.*

§. V. De Unctionibus.

UNctio oculorum incipit ab oculo dextro, similiter a dextra manu &c. in modum Crucis. Ad os fiat compressis labiis, Infirmus si sensu aliquo careat v. g. naso, debeat pars proxima inungi. *Rit. Rom.*

Manus, quæ reliquis Infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius inungantur, exteriorem manum Sacerdotis tamen non inungere, grave peccatum non est. *Tambur.*

Si ungatur pars corporis infecta lepra, vel gangrena, expedit Oleum, ne totum inficiatur, accipere calamo vel festuca, & applicare pollici. *La Croix.* Vel virga oblonga vel spatula Sacrum sumat Oleum, & eo inungat sensus. *Rit. Constant.*

Invertere Ordinem Unctionum, ita ut prius ungantur aures, quam oculi, esse grave peccatum

catum docet Castropalus, Bonac. Sed rigoroſe. Mitius Tambur, docens non eſſe peccatum grave excepto contemptu & ſcandalo; neque grave eſt quocunque digito exhibere Unctionem. *Tambur.*

§. VI. De forma.

FOrma Romana & communis eſt: *Per iſtam Sanctam Unctionem † & ſuam piiſſimam Miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per viſum deliquiſti. Amen,* & ſic de cæteris ſenſibus.

A Romana, & communi ſenſu modernorum Theologorum diſſidet forma Obſequialis noſtri, illa tamen tuto uteris, donec aliter ſtatutum fuerit. *Gobat. n.* 403.

Dum oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria ſunt, Sacerdos inungit, caveat, ne altero iplorum inungendo, Sacramenti formam prius abſolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit. *Rit. Rom. & Conſtantienſe.*

§. VII. De Ordine miniſtrandi Sacramentum extremæ Unctionis.

PArochus Sacramentum miniſtraturus, quatenus id fieri poteſt, parari curet apud Infirmum menſam mappa candida coopertam, itemque vas, in quo ſit bombacium, ſeu ſtuppa, ſeu quid ſimile in quinque globulos diſtinctum ad abſtergendas partes inunctas, quod deinde comburatur, & cineres in ſacrarium,

aut

aut alium locum injiciantur, ne pedibus calcentur, medullam panis, ſalem ad detergendos digitos, & aquam ad abluendas Sacerdotis manus. *Rit. Conſt.*

Sacerdos veſte Chorali, & ſtola violacea ſit indutus, decenter accipit vas Sacri Olei Infirmorum, caute illud deferens, ne effundi poſſit, ac miniſtro veſte Chorali induto, ſine lumine ſequente, & aquam benedictam cum aſperſorio, ac Librum Ritualem portante reverenter in toto itinere recitat pro ſua devotione Pſalmos Pœnitentiales unacum Litaniis &c. *Rit. Conſt.*

ANNOTATIO.

REcitatio Litaniarum majorum, & Pſalmorum pœnitentialium eſt tantum ſub conſilio, omittentem reliquas preces aut antecedentes, aut ſequentes damnat noxæ lethalis, *Tambur.* §. 4. *Gobat*, niſi excuſet materiæ parvitas, aut neceſſitas, poſtea tamen ſupplendæ, ſi ſupervivat Infirmus. *Palaus & Granado* tenent apud *Buſſenbaum*, etiam cæteras preces omittere extra neceſſitatem non eſſe mortale, *n.* 10. *de extrem. Unct.*

Cum igitur Sacerdos ad locum, ubi jacet infirmus, pervenerit, dicat cubiculum ingrediendo:

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Deinde depoſito Sacro Oleo ſuper menſam aſpergit ægrotum in modum Crucis aqua benedicta, & cubiculum, & circumſtantes, dicens Antiphonam.

Aſper-

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Deinde pergit dicendo:

Benedic Domine domum iſtam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti pax huic domui; Benedic Domine timentes te; puſillos cum majoribus: Benedicti vos a Domino, qui fecit Cœlum & terram.

OREMUS.

OMnipotens & miſericors DEUS, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nomine ab eis digne, perfecteque agitur, a te fieri credatur. Quæſumus immenſam Clementiam tuam, ut, quidquid modo viſitamus, atque benedicimus, intercedente B. MARIA Virgine, cum omnibus Sanctis tuis viſites, & benedicas, fiatque ad noſtræ humilitatis introitum fuga dæmonum, & Angeli pacis ingreſſio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic jam, ſi viſum fuerit Sacerdoti, *dicuntur Pſalmi Pœnitentiales, ſi non ſunt dicti una cum Litaniis. Si vero ægrotus tam male haberet, ut tanto tempore fortaſſis non ſit ſupervicturus, ſtatim petat ab eo, omnibus omiſſis etiam Litaniis, utrum habeat aliquid confitendum, ſi annuit,*

eundem

eundem audiat, & absolvat. Si vero nihil habeat ad confitendum, petat ab eo, an velit inungit: Quo affirmante, statim inungat modo infra posito.

Et postea suppleat Litanias cum orationibus; si vero nullum subsit periculum, sic pergat, & Infirmum primo alloquatur hoc vel simili modo.

Begehret ihr zu empfangen das heilige Sacrament der letzten Oelung?

Quo respondente: Ja Herr.

ANNOTATIO.

Hic poterit Sacerdos hujus Sacramenti utilitates, & effectus infra notatos Infirmo explicare.

Dein petat ab eo.

So glaubet ihr auch zweifels ohne, daß der liebe GOtt werde euch, und uns alle, die wir hie beysammen versammlet, durch die H. Fürbitt seiner hochwürdigen Mutter und allen lieben Heiligen, euer Seel, und Leib zu Gutem, gnädiglich erhören?

Quo similiter affirmante, sic alloquatur populum adstantem.

Andächtige in Christo dem HErrn, weil dann auch unser lieber HErr, und Seligmacher durch seinen Heil. Apostel Jacobum in seiner Epistel am 5. Cap. hat also von dem Heil. Sacrament der letzten Oelung befohlen. Ist jemands kranck unter euch, so beruff er zu ihm die Priester der Kirchen, und laß sie über ihn betten, und

ihn salben mit Oel, in dem Namen des HErrn, und das Gebett des Glaubens wird dem Krancken helfen, und der HErr wird mildern sein Kranckheit, und hat er Sünden begangen, so werden sie ihm vergeben; so ist nun solchem Befehl diese gegenwärtige francke Person, wie einem gehorsamen Kind Christi, und seiner H. Kirchen gebühret, gehorsamlich nachkommen, und mich deshalben zu sich beruffen. Weil dann auch ihr in dem Namen GOttes, zu Heil und Wohlfahrt dieser gegenwärtigen krancken Person, beysammen versammlet seynd, so lasset uns sie ihrem Begehren nach dem Allmächtigen, Ewigen GOTT durch die Fürbitt seiner Allerheiligsten Mutter Mariä, und aller Auserwählten lieben Heiligen befehlen und bitten, daß er ihr das Heil beyder, Seel und Leibs, gnädiglich verleihen, und mittheilen wolle. Dieses von ihme zu erlangen, sprechet zuvor mit mir ein andächtiges Vatter unser, und Englischen Gruß.

Flectantur hic genua & recitatis Pater noster, & Salutatione Angelica, Sacerdos pergat dicendo Litanias sequentes.

Kyrie

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Salvator mundi, adjuva nos.
Sancta Maria, ora pro eo (ea)

Omnes SS. { Angeli, & Archangeli, Patriarchæ & Prophetæ, Apoſtoli, & Evangeliſtæ, Martyres, & Confeſſores, Virgines, & Viduæ, } Orate pro eo.

Omnes Sancti, & Sanctæ DEI, orate pro eo.
Propitius eſto, parce ei, Domine.

Libera eum (eam) Domine.
Ab omni malo.
Ab Inſidiis diaboli.
A ſubitanea, & improviſa morte,
Ab omni immunditia mentis & corporis,
A morte perpetua,
Ab ira tua,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Crucem & Paſſionem tuam,
Per Reſurrectionem, & Aſcenſionem tuam,
Per Adventum Spiritus S. Paracliti,
In die judicii,

Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut pacem & ſanitatem ei dones,
Ut ſpatium & locum pœnitentiæ ei dones,
Ut gratiam S. Spiritus cordi ejus infundere digneris,
Ut pœnitentiam & remiſſionem omnium peccatorum ei dones,
Ut in dolore patientiam, & in Fide perſeverentiam ei tribuas,
Ut nos exaudire digneris,
Fili Dei,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ſecreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum (ſalvam) fac ſervum tuum (ſervam tuam.)
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum (eam.)

Le rogamus, audi nos.

℣. Eſto

℣. Esto ei turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea.)
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

REspice Domine famulum tuum (famulam tuam) infirmitate corporis laborantem, & animam refove, quam creasti, ut castigationibus tuis emendatus (emendata) continuo se sentiat tua medicina salvatum (salvatam); Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Prædicta tamen omnia, si tempus non patiatur, poterunt ex parte, vel in totum omitti prout supra dictum. Tum facta de more Confessione generali vel ab ipso Infirmo, vel ejus nomine a ministro, Sacerdos dicat: Misereatur tui, &c. Indulgentiam &c. *Quæ confessio generalis omittitur, si statim post sumptum Sacrum Viaticum detur Extrema Unctio.*

Deinde Sacerdos lotis manibus, eisque absersis, dicat super Infirmum:

IN nomine Pa✝tris, & Fi✝lii, & Spi✝ritus Sancti, extinguatur in te omnis virtus

diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Cnnfessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum, Amen.

Postea intincto pollice in Oleo Sancto membra quinque sensuum inungit per modum Crucis apetando proprio loco verba formæ in hunc modum.

I. Ad Oculos.

UNgo † oculos tuos Oleo Sacro, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Et per istam Sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus noster JEsus Christus, quidquid deliquisti per illicitum visum, Amen.

Deinde minister, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos post quamlibet Unctionem abstergat semper locum inunctum novo globulo bombacii, vel stupæ, vel rei similis, eaque in vase mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

II. Ad Aures.

UNgo † aures tuas Oleo Sacro in nomine Patris, &c. Et per istam Sanctam Unctio-

Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus noſter JEſus Chriſtus, quidquid deliquiſti per illicitum auditum, Amen.

III. Ad Nares.

UNgo † nares tuas Oleo Sacro, in nomine Patris, &c. Et per iſtam Sanctam Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus noſter JEſus Chriſtus, quidquid deliquiſti per illicitum odoratum, Amen.

IV. Ad Os.

UNgo † os tuum Oleo Sacro, in nomine Patris, &c. Et per iſtam Sanctam Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus noſter JEſus Chriſtus, quidquid deliquiſti per illicitum guſtum, Amen.

V. Ad Manus.

UNgo † manus tuas Oleo Sacro, in nomine Patris, &c. Et per iſtam Sanctam Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus noſter JEſus Chriſtus, quidquid deliquiſti per illicitum tactum manuum tuarum, Amen.

Poſtea

Postea medulla panis, vel sale defricatis digitis & manibus lotis iisque tersis, Sacerdos dicat:

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per os B. Jacobi Apostoli tui hoc mysterium, Infirmis omnibus facere præcepisti, conserva famulo tuo (famulæ tuæ) tuarum dona virtutum, ut medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in mente, percipiat; Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Postea benedicat ei hoc modo.

BEnedicat † te Deus Pater, qui te creavit, benedicat † te Filius Dei, qui pro te passus est in cruce, benedicat † te Spiritus Sanctus, qui in te effusus est in baptismo. Benedicat te Deus Pater, sanet te Filius Dei, illuminet te Spiritus Sanctus; Corpus tuum custodiat, animam tuam salvet: Cor tuum irradiet, sensum dirigat, & ad supernam vitam te perducat; Qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

His peractis Sacerdos pro qualitate personæ, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus hortetur Infirmum ad patientiam, & ad resisten-

ſiſtendum fortiter diaboli tentationibus, ac, ut paſſionem Chriſti jugiter in mente retineat, bis, vel ſimilibus verbis.

ICh ermahne euch abermahls, Andächtiger (Andächtige) in Chriſto dem HErrn, daß ihr wollet gedultig ſeyn; GOtt um dieſe, und alle andere empfangene Gutthaten dancken: Euch in den Willen GOttes gäntzlich ergeben: In dem Heil. Glauben, Hofnung, und Liebe euch üben: In GOtt euer Vertrauen ſetzen; die böſe Gedancken ausſchlagen; und an ſtatt dieſer an das bittere Leiden und Sterben unſers Erlöſers und Seligmachers gedencken; und getröſt ſeyn, daß euch der gütige GOtt nicht werde verlaſſen, ſondern vor dem böſen Feind beſchützen, und endlichen durch ſein unendliche Barmherzigkeit ein ſeliges End verleihen. Ruffet auch vornemlich an die ſeligſte Jungfrau und Mutter GOttes Mariam, euren H. Schutz-Engel, und eure Patronen, auch alle Heiligen und Auserwählten GOttes, daß ſie euch treulich wollen beyſtehen, GOtt für euch bitten, und Beſtandhaftigkeit in allem Guten, und ein ſeliges End von GOtt erlangen.

Denique aquam benedictam, & crucem coram eo relinquens, ut frequenter eam aſpiciat, & pro

ſua devotione oſculetur, & amplectatur, eidem niſi mors immineat, (ſi enim immineret, tunc antequam diſcedat, animam Deo rite commendabit) manu benedicat, dicendo:

Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✝, & Filii ✝, & Spiritus Sancti ✝ deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. Amen.

Ordo inungendi Infirmum tempore ſummæ neceſſitatis, vel Peſtilentiæ.

Ingrediendo locum, ubi jacet Infirmus, Sacerdos dicat:

PAX ✝ huic domui. Et omnibus habitantibus in ea.

Antiphona.

BEnedic Domine domum iſtam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti: Pax huic domui. Benedic Domine timentes te, puſillos cum majoribus. Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum & terram.

OREMUS.

OMnipotens, & miſericors DEus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris, gratiam contuliſti; ut quidquid in tuo nomine, ab eis digne, perfecteque agitur, a te fieri credatur, quæſumus immenſam cle-

clementiam tuam, ut quidquid modo visitamus, atque benedicimus, intercedente B. MARIA Virgine cum omnibus Sanctis tuis visites, & benedicas, fiatque ad nostræ humilitatis introitum, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingressio. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Tunc lotum pollicem, vel spatulam, intingat in Sacram Oleum, & per modum ✝ Crucis liniat obvium sensus organum, & ad unctionem magis expositum, vel oculos vel aures, vel nares, vel os, vel manus, & dicat:

PEr istam Sanctam Unctionem ✝ & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus noster JEsus Christus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti, Amen.

Deinde bombacio vel stupa abstergat locum inunctum, & pollicem, vel spatulam, & subjungat hanc benedictionem:

BEnedicat ✝ te DEus Pater, qui te creavit: Benedicat ✝ te Filius DEI, qui pro te passus est in Cruce: Benedicat ✝ te Spiritus Sanctus, qui in te effusus est in Baptismo: Benedicat te DEus Pater: Sanet te Filius DEI: illuminet te Spiritus Sanctus, corpus tuum custodiat, animam tuam salvet, cor tuum irradiet, sensum tuum dirigat, & ad

super-

ſupernam vitam te perducat : Qui vivit, & regnat per cuncta ſæcula DEus, Amen.

Ultimo valedicat ei dicendo.

Benedictio DEI Patris ✝, Omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. Amen.

Utilitates & Effectus Sacramenti Extremæ Unctionis Infirmo pro libitu proponendi.

1.

WAnn einer auch nur ein unvollkommene Reu hat, da er nemlich kein vollkommene hat erwecken können, oder die Sünd beichten, löſchet es doch aus alle ſchwere Sünden, ob ſie ſchon groß, und viel ſeynd.

2. Bringet es die Geſundheit wieder, wann es zu des Krancken Heil iſt.

3. Der Krancke empfanget hieraus Stärcke, und Troſt, welche ihm verhülflich ſeynd die Beſchwerden der Kranckheit zu erdulten.

4. Hülfet abſonderlich wider die Anfechtungen.

5. Bringet zuwegen die Heilig-machende Gnad, oder vermehret dieſelbige, reiniget die Seel.

6. Löſchet aus die böſe Anmuthungen, die Lauigkeit des Geiſts, ja auch die Straf, ſo wir wegen denen begangenen Sünden bezahlen müſſen.

7. Es bereitet dem Krancken den Weeg zu dem ewigen Leben : dann viel kommen durch Beyhülf der Heil. Oelung den graden Weeg in den Himmel

mel ; oder werden nur kurtze Zeit in dem Fegfeuer aufgehalten, welche sonsten allda hätten lange Zeit abbüssen müssen. *Concil. Trident. sess. 24.*

ANNOTATIO.

SI Infirmus velit, ut, dum in extremis est, primum inungatur, sic alloqui potest a Parocho.

Andächtiger ꝛc.

I.

Es ist wohl zu bedencken, wie viel daran liege, daß man empfange das H. Sacrament der letzten Oelung, so lang die Vernunft noch nicht verkehret ist: Dann also, neben dem, daß wir Hoffnung können haben zur Gesundheit wieder zu gelangen, laut denen Worten des H. Apostel Jacobi ꝛc. empfangt die Seel überflüßigere Gnad, und wird fähiger, die Würckungen des heiligen Sacraments zu erlangen, da der Krancke mit dem Priester in der Still sprichet: Durch diese H. Oelung, und seine miltiste Barmherzigkeit verzeihe dir GOtt, was du gesündiget durch Ansehen, Gehör, Geruch, Geschmack, und Berührung. 2. Die letzte Oelung ist eingestellt, daß wir durch derselben Hülf glücklich ohne Verzug gen Himmel gelangen; Zu diesem

End

End munteret sie den Krancken auf, daß er tapfer sich widersetze allen Einsprechungen des Satans, welcher zu End des Lebens viel eifriger sich bemühet uns in das ewige Verderben zu stürzen.

3. Sie bewaffnet den Krancken wider die Forcht des Tods und Verzweiflung, so bisweilen aus Betrachtung der begangenen Sünden könnte entstehen; sie erleuchtet das Gemüth, und milderet die Angsthaftigkeit des Gewissens, sie vertreibt die Traurigkeit, so die Leibs-Kranckheit verursachet, giebt die Kräften, daß der Krancke seinen Willen mit dem Göttlichen vereinige, und alle Beschwerden der Kranckheit, und Trübsal bis auf den letzten Athem starckmüthig und freudig übertrage, und unterschiedliche Tugends-Ubungen mit gantz leichter Mühe erwecke.

Endlich beschlüsset sie das Leben, und giebt einem Christen-Mensch gleichsam die letzte Vollkommenheit durch die Verdienst des kostbahren Bluts JEsu Christi.

Dahero übertretten ja das Gesatz der Liebe gegen ihnen selbst jene Krancken, wann sie es erst alsdann empfangen, da sie nicht mehr bey ihnen selbsten seynd, und die Zeit nicht mehr vorhanden, den Teu-

fel

fel zu überwinden, und die Würckungen dieses Heil. Sacraments zu erlangen.

HISTORIA.

EIn von Frommkeit berühmter Mann, da er nach dem Tod zur Erden bestattet wurde, ruffte auf mit grossem Seufzer, wehe mir Armseligen! der ich hundert Jahr zu dem Fegfeuer verdammet bin, weil ich gar zu grosses Abscheuen getragen ab der letzten Oelung, welche so ich empfangen hätte, hätte ich noch zugleich die Gesundheit wieder erhalten. Dann sie den Tod so gar nicht beförderet, sondern vielmehr verweilet, oder gar vertreibet. *Apud Marchantium & Balde &c.*

PARS VI.

DE Assistentia Moribundi.

§. 1. Quomodo consolandus Infirmus de morte voluntarie subeunda.

Es ist ein Gesatz von GOtt, meldet der Heil. Apostel Hebr. 9. v. 27. allen Menschen einmahl zu sterben. Wann nun dann das Sterben ein von GOTT aufgesetztes Gebott ist, deme kein Mensch entgehen kan, deme GOtt der menschlichen Natur nach auch selbst mit samt seiner allerliebsten Mutter MARIA (so den Tod niemahl verschuldet) unterworffen gewesen: Sollt ihr nicht auch gutwillig euch darein schicken, und den Tod mit Gedult erwarten.

Vielleicht beherziget ihr die annoch junge Jahr, und fruhzeitigen Tod. Allein höret, was der Heil. Geist bey dem Ecclesiastico 41. sagt: Förchte das Urtheil des

Tods

Todts nicht, und was dir zukünftig seyn wird, ist nach dem Willen des Allerhöchsten, es seyen zehen, oder hundert, oder tausend Jahr: Das ist, die Jahr, O Mensch! so du zu leben hast, seynd in dem Willen GOttes, sie seyen wenig oder viel. Hugo Card. Und darum ist der Todt nicht zu förchten, welcher nicht kommt, als wann, und wie es GOtt gefallt. Dahero man sich dem göttlichen Willen und seiner göttlichen Anordnung vollkommentlich ergeben soll.

Waß ihr den Todt von der Hand GOttes willig annehmet, und mit dem Todt JEsu Christi vereinbahret, so ist gemeiniglich keine Abtödtung zu finden, so dieser kan verglichen werden. Wann ihr eure Sünden mit vorhergehender wahrer Reu vollkommentlich gebeichtet, und euch anjetzo annoch leyd ist, daß ihr GOtt das allerhöchste Gut beleydiget, und derentwegen zu Genugthuung eurer Sünden den Todt von GOtt gern annehmet, alsobald die völlige Verzeyhung eurer Sünden erlangen werdet. Was für ein Trost solle uns seyn, daß wir durch ein einzigen Todt auf einige Weis weit gröffere Buß würcken können, als die Einsidler in ihrē Wüsten gewürckt haben.

Spengler Instru. Parochi.

Ein Heller, was ist es wohl für ein Opfer vor den grossen GOtt? gleichwohlen hat die arme Wittib im Evangelio so eben dieses kleine Opfer geopfert, verdienet von dem Sohn GOttes selbsten gelobet, und allen Reichen vorgezogen zu werden, unangesehen, daß sie nach der Schwehre in den GOttes-Kasten hinein geworffen. Dann wie GOtt der HErr selbsten sagt: Marc. 12. v. 44. Alle haben von dem hinein geworffen, was ihnen übrig ware, diese aber hat von ihrer Armuth alles, was sie gehabt, ihre ganze Nothdurft hinein geworffen. Eben dieses kan man von deme sagen, der sein Leben GOtt im Todt aufopfert, dann er gibt alles, ohne daß er ihm selbsten auch das geringste vorbehaltet. Und dieses ist dasjenige, so den Todt vor denen Augen GOttes so kostbar machet. Crallet. N. N.

SO ruft dann mit Christo dem HErrn: Ita Pater, quoniam sic beneplacitum fuit ante te. Himmlischer Vatter ja ich bin zufrieden, daß ich sterbe, weilen es dir also beliebig, von dir hab ich das Leben empfangen, und du hast es noch darzu mit deinem allerkostbahristen Blut erkauffet,

und

